1. pé-cto-ra. 3. Tu se-pti- fórmis mú-ne-re, Dígitus pa-térnae


2. úncti- o. 4. Accénde lu-men sénsi-bus, In-fúnde amórem



3. déxterae, Tu ri- te pro-mís-sum Patris, Sermó-ne di- tans

4. córdi-bus, In-fírma nostri cór- po-ris Vir-tú-te firmans

Pro invocatione Spiritus Sancti. N° 228<sup>a</sup>



3. gúttu-ra. 5. Ho-stem re-pél-las lóngi-us, Pa-cémque do-  
4. pére-pe-ti. 6. Per te sci-á-mus da Patrem, No-scá-mus at-  
7. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, Et Fí-li-o



5. nes pró-ti-nus : Du-ctó-re sic te praévi-o, Vi-té-  
6. que Fí-li-um, Teque utri-úsque Spí-ri-tum Cre-dá-  
7. qui a mórtu-is Sur-ré-xit, ac Pa-rá-cli-to In sae-




5. mus omne nóxi-um.  
6. mus omni témpo-re.  
7. cu-ló-rum saé-cu-la. A-men.

ꝝ. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.

R. Et renovábis fáciem terrae.

N° 228<sup>a</sup>. Alleluia : Hodie.



**A** LLE-LÚ-IA, alle-lú-ia : \* Hó-di-e omnes Apó-



sto-li pá-ri-ter in unum congregá-ti e-rant, alle-lú-ia,



alle-lú-ia; et sú-bi-to factus est sonus de cae-lo tam-



quam adve-ni-éntis spí-ri-tus ve-héméntis, al-le-

lú- ia : et appa- ru- é-runt Apó-sto- lis dispertí-tae lin-  
guae tamquam ignis, se-dítque supra síngu-los e- ó- rum  
Spí-ri- tus Sanctus, al-le- lú- ia.

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.  
R. Et renovábis fáciem terrae.

## PRO PACE.

## Nº 229. Da pacem.

2. A pa-cem Dómi-ne \* in di- é-bus nostris : qui- a  
non est á-li- us qui pugnet pro no-bis, ni-si tu De- us no-ster.

V. Fiat pax in virtúte tua.  
R. Et abundántia in túrribus tuis.

## N° 230. Pacem tuam.

4.

**P**

A-CEM tu- am \* da no-bis Dó- mi-ne, et pax tu- a,  
 Chri- ste, máne- at in viscé- ri- bus nostri-s : ut non ti-  
 me- ámus a timó- re noctúrno; sed semper vi-gi-lémus  
 cunctis in o-pé- ribus manda-tó- rum tu- ó- rum.

V. Fiat pax in virtúte tua.

R. Et abundántia in túrribus tuis.

*Cantari potest etiam N° 223 Miserére cum V. 1 Prostráti, V. 8  
 Pacem et V. 9 Inclina.*

## PRO GRATIARUM ACTIONE.

## N° 231. Te Deum. I.

(Tonus solemnis.)

*Cantores (vel Chorus I)*

3.


**T**

E De- um laudá-mus : \* te Dóminum confi-té- mur.

Te aetérnum Patrem omnis terra ve-ne-rá- tur. Ti-bi omnes  
 Ange- li, ti-bi cae-li et u-ni-vérsae Pot-está- tes : Ti-bi



Ché-ru-bim et Sé-raphim incessá-bi-li vo-ce proclá- mant :



Sanctus : Sanctus : Sanctus Dóminus De-us Sá-ba- oth.




Ple-ni sunt cae-li et terra ma-iestá-tis gló-ri-ae tu- ae.



Te glo-ri- ó-sus Aposto-ló-rum cho- rus : Te Prophé-tá-rum




laudá-bi-lis núme- rus : Te Márty-rum candi-dá-tus laudat




exérci- tus. Te per orbem terrá-rum sancta confi-té-tur Ec-




clé-si- a : Pa-trem imménsae ma-iestá- tis : Ve-ne-rándum



tu- um ve-rum, et ú-ni-cum Fí- li- um : Sanctum quoque



Pa-rácli-tum Spí-ri- tum. Tu Rex gló- ri- ae, Chri-ste. Tu Pa-



tris sempi- térus es Fí- li- us. Tu ad li-be-rándum susce-

ptú-rus hó-mi- nem, non horru- ísti Vír-gi-nis ú-te-rum. Tu  
 de-vícto mortis a-cú- le- o, ape-ru- ísti credénti-bus regna  
 caeló- rum. Tu ad déxte-ram De- i se- des, in gló- ri- a  
 Pa-tris. Iudex cré-de-ris es-se ventú- rus. Te ergo quaé-  
 sumus, tu- is fámu-lis súbve- ni, quos pre-ti- ó-so Sángui-ne  
 red-emí-sti. Aetérna fac cum Sanctis tu- is in gló-ri- a  
 nume-rá- ri. Salvum fac pópu-lum tu- um Dómi-ne, et bé-  
 ne-dic he-re- di-tá-ti tu- ae. Et re-ge e- os, et extól-le  
 il-los usque in aetér- num. Per síngu-los di- es be-ne-  
 dí-cimus te. Et laudámus nomen tu- um in saé-cu- lum,

et in saé-cu-lum saécu-li. Digná-re Dómi-ne di- e i-sto  
 si-ne peccá-to nos custo-dí- re. Mi-se-ré-re nostri Dó-mi- ne,  
 mi-se-ré-re nostri. Fi- at mi- se-ri-córdi- a tu- a Dómi-ne  
 su-per nos, quemádmodum spe-rá-vimus in te. In te Dó-  
 mi-ne spe-rá- vi : \* non confúndar in ae-tér- num.

N° 232. Te Deum. II.  
 (Iuxta morem Romanum.)

*Cantores (vel Chorus I)*

3.   
**T**e De- um laudá-mus : \* te Dóminum confi- té-mur.  
 Te aetérnum Pa- trem omnis terra ve-ne-rá- tur. Ti-bi omnes  
 Ange-li, ti-bi cae-li et u-nivérsae Pot-está- tes : Ti-bi Ché-  
 ru-bim et Sé-raphim incessá-bi-li vo-ce proclámant : San-

Pro Gratiarum Actione. (Nº 232)

ctus : Sanctus : Sanctus Dóminus De-us Sá-ba- oth. Ple-ni  
 sunt cae-li et ter-ra ma-iestá-tis gló-ri-ae tu- ae. Te glo-  
 ri- ó- sus Aposto-ló-rum cho-rus : Te Prophe-tá- rum lau-  
 dá-bi- lis nú-me-rus : Te Márty-rum candi-dá- tus laudat exér-  
 ci-tus. Te per orbem terrá- rum sancta confi-té-tur Ecclé-  
 si- a : Pa-trem imménsae ma-iestá- tis : Ve-ne-rándum tu- um  
 ve- rum, et ú-ni-cum Fí- li- um : Sanctum quoque Pa-rá-  
 cli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló- ri- ae, Chri- ste. Tu Patris  
 sempi-térnus es Fí- li- us. Tu ad li-be-rándum susceptú-rus  
 hómi-nem, non horru- ísti Vírgi-nis ú- te-rum. Tu de-vícto

Nº (232) Pro Gratiarum Actione.

mortis a-cú-le-o, a-pe-ru-ísti cre-dénti-bus regna cae-ló-rum.  
 Tu ad déxe-ram De-i se-des, in gló-ri-a Pa-tris. Iu-dex  
 cré-de-ris esse ventú-rus. Te ergo quaésumus, tu-is fá-  
 mu-lis súbve-ni, quos pre-ti-ó-so Sángui-ne red-emí-sti.  
 Aetéerna fac cum Sanctis tu-is in gló-ri-a nume-rá-ri.  
 Salvum fac pópu-lum tu-um Dómi-ne, et bén-e-dic he-re-di-  
 tá-ti tu-ae. Et re-ge e-os, et extól-le il-los usque  
 in aetér-num. Per síngu-los di-es be-ne-dí-cimus te.  
 Et laudámus nomen tu-um in saécu-lum, et in saécu-lum saé-  
 cu-li. Digná-re Dómi-ne di-e i-sto si-ne peccá-to nos

custo-dí- re. Mi-se-ré-re nostri Dómine, mi-se-ré-re nostri.  
 Fi- at mi-se-ri-córdi- a tu- a Dómi-ne super nos, quemádmo-  
 dum spe-rá-vimus in te. In te Dómi-ne spe-rá- vi : \* non  
 confúndar in ae-tér- num.

## Nº 233. Te Deum. III.


(Tonus simplex).


*Cantores (vel Chorus I)*


3.




**T**e De- um laudá-mus : \* te Dóminum confi-té-mur.  
 Te aetérnum Patrem omnis terra ve-ne-rá- tur. Ti-bi omnes  
 Ange-li, ti-bi cae-li et u-ni-vérsae Pot-está- tes : Ti-bi  
 Ché-ru-bim et Sé-raphim incessá-bi-li vo-ce proclá-mant : San-  
 ctus : Sanctus : Sanctus Dómi-nus De- us Sába- oth. Ple-ni

sunt cae-li et terra ma-iestá-tis gló-ri- ae tu- ae. Te glo-  
 ri- ó-sus Aposto-ló-rum cho-rus : Te Prophe-tá-rum laudá-  
 bi- lis núme-rus : Te Márty-rum candi-dá-tus laudat ex-érci-  
 tus. Te per orbem terrá-rum sancta confi-té-tur Ecclé-si- a :  
 Pa-trem imménsae ma-iestá- tis : Ve-ne-rándum tu- um ve-  
 rum et ú-ni-cum Fí-li- um : Sanctum quoque Pa-rácli-tum  
 Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri- ae, Chri-ste. Tu Patris sempi-tér-  
 nus es Fí-li- us. Tu ad li-be-rándum susceptúrus hómi-nem,  
 non horru- ísti Vírgi-nis ú-te-rum. Tu de-vícto mortis a-cú-  
 le- ó, ape-ru- ísti cre-déntibus regna caeló- rum. Tu ad déx-


 te-ram De- i se-des, in gló-ri- a Pa-tris. Iudex cré-de-ris  

 esse ventú-rus. Te ergo quaésumus, tu- is fámu-lis súbve-  

 ni, quos pre-ti- ó-so Sángui-ne red-emí-sti. Aetérna fac  

 cum Sanctis tu- is in gló-ri- a nume-rá- ri. Salvum fac pô-  

 pu-lum tu- um Dómi-ne, et béne-dic he-re-di-tá-ti tu- ae.  

 Et re- ge e- os, et extól-le il-los usque in ae-tér-num.  

 Per síngu-los di- es bene-dí-cimus te. Et laudámus nomen  

 tu- um in saécu-lum, et in saécu-lum saécu-li. Digná-re  

 Dómi-ne di- e isto, si-ne peccá-to nos custo-dí- re. Mi-se-

N° (233) Pro Gratiarum Actione.

ré-re nostri Dómi-ne, mi-se-ré-re nostri. Fi-at mi-se-ri-cór-  
di-a tu-a Dómi-ne su-per nos, quemádmodum spe-rá-vimus  
in te. In te Dó-mi-ne spe-rá- vi : \* non confúndar in  
ae-tér- num.

V. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu. <sup>1</sup>

R. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.

V. Benedíctus es Dómine in firmaménto caeli.

R. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in saécula.

V. Dómine exáudi oratióñem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

*Oratio.*

**D**EUS, cuius misericórdiae non est númerus, et bonitatis infínitus est thesáurus : † piíssimae maiestáti tuae pro collátis donis grátiás ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; \* ut qui peténtibus postuláta concédis, eódem non déserens, ad praémia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

*Post Processionem pro gratiarum actione dicantur §§. et Orationes sequentes :*

V. Benedíctus es, Dómine Deus patrum nostrórum.

R. Et laudábilis, et gloriósus in saécula.

V. Benedicámus Patrem, et Fílium cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.

V. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto caeli.

R. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in saécula.

V. Bénedic ánima mea Dómino.

R. Et noli oblívisci omnes retributiónes eius.

<sup>1</sup> His §§. et §§. Tempore Paschali non additur Allelúa.

V. Dómine exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

**D**EUS, cuius misericordiae non est númerus, et bonitatis infinítus est thesáurus : † piíssimae maiestati tuae pro collátis donis grátiás ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; \* ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad praémia futúra dispónas.

**D**EUS, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, \* et de eius semper consolatióne gaudére.

**D**EUS, qui néminem in te sperántem, nímium afflígí permittis, sed pium précibus praestas audítum : † pro postulatióibus nostris, votísque suscéptis grátiás ágimus, te piíssime deprecán-tes; \* ut a cunctis éripi mereámur advérsis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum : † Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, \* per ómnia saeculórum.  
R. Amen.

### Nº 234. Cantate Domino.

*Cantores*


7. a



**C**

ANTÁTE Dómino \* cánti-cum no- vum : laus e- ius

*Chorus*



ab extrémis terrae. Cantá-te.

*Cantores*


*Chorus*



Ma-gní-fi-cat \* á-nima me- a Dómi-num. Cantá-te.

*Cantores*

*Chorus*



Et exsultá-vit spí-ri-tus me- us, etc. p. 110. Cantá-te.


## Nº 235. Christus vincit.

*Cantores*

4.

**C**


HRISTUS vincit, Christus regnat, Christus ímpe-rat.

*Chorus*

Christus etc.

*Chorus**Cantores*1. Exáudi Chri-ste. Ecclé-si-ae sanctae De-i sa-lus  
*Chorus*

perpé-tu-a! Re-démptor mun-di. Tu il-lam ádiuva.

*Cantores**Chorus*


Sancta Ma-rí-a. Tu il-lam ádiuva.

Sancte Io-seph. Tu il-lam ádiuva.

Sancte Mícha-el. Tu il-lam ádiuva.

*Omnes repetunt Christus vincit, ut supra.**Chorus**Cantores*

2. Exáudi Chri-ste. Pi-o, Summo Pontí-fi-ci et u-ni-


*Chorus*

versá-li Papae vi-ta! Salvá-tor mun-di. Tu il-lum ádiuva.

Pro Gratiarum Actione. N° (235)

*Cantores*

*Chorus*




Sancte Pe-tre. Tu il-lum ádiuva.

Sancte Pau-le. Tu il-lum ádiuva.

*Omnis repetunt Christus vincit, ut supra.*


*Chorus*

*Cantores*



3. Exáudi Chri-ste. Ipsi so-li impé-ri- um, laus et iu-bi-

*Chorus*




lá-ti-o per insí-ní-ta saécu-la saecu-ló-rum. Amen.


*Omnis repetunt Christus vincit, ut supra.*

*Chorus*

*Cantores*



4. Exáudi Chri-ste. Témpo-ra bo-na vé-ni- ant, pax Chri-




sti vé-ni- at re-déemptis Sángui-ne Christi fe- lí-ci- ter!

*Chorus Omnes*



fe- lí-ci- ter! fe- lí-ci- ter! Regnum Christi vé-ni- at! De-



grá-ti- as! A-men. Christus vincit, Christus regnat, Christus



ímpre- rat.

Nº 236. Christus vincit.

(Tonus simplex).

*Cantores*

6.

**C**

HRISTUS vincit, Christus regnat, Christus impe-rat.

*Chorus*

*Cantores*

Christus etc. Ps. Laudá-te Dómi-num, etc. E u o u a e.

*Post quemlibet versum omnes repetunt Christus vincit.*

IN HONOREM S. CRUCIS.

Nº 237. Adoramus te.

4.

**A**

-DORÁMUS TE, \* sanctíssime Dómi-ne Ie-su Christe,

hic et ad omnes ecclé-si-as tu-as quae sunt in to-to

mundo; et be-ne-dí-ci-mus ti-bi, \* qui-a per sanctam

Cru-cem tu-am red-e-místi mundum. *Cantores*: Laudá-te  
*Chorus*: Quó-ni-am

Dómi- num omnes gentes, \* lau-  
confirmá- ta est su-per nos mi-se-ri-córdi- a e- ius, \* et

dá-te e- um omnes pópu- li.  
vé-ri-tas Dómi-ni ma-net in ae- té- rnum. *Omnes* : Qui- a per

*Cantores* : Gló-ri- a Pa-tri, et  
sanctam. *Chorus* : Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et

Fí- li- o, \* et Spi- rí- tu- i San- cto.  
sem- per, \* et in saé-cu- la sae-cu- ló- rum. A- men.

*Omnes* : Qui- a per sanctam. *Cantores* : Ado-rámu-s te.

*Et omnes prosequuntur usque ad finem.*

V. Hoc signum Crucis erit in caelo.

R. Cum Dóminus ad iudicándum vénérít.

### Nº 238. Crucem tuam.

4.

C

RUCEM tu-am \* ad-o-rámu-s, Dó-mi-ne : et sanctam re-

surrecti- ónem tu- am laudámu-s et glo-ri- fi-cámu-s : ecce



e-nim propter lignum ve- nit gáudi- um in u-ni-vérsō  
mundo. V. Hoc signum Crucis, etc.

## Nº 239. Nos autem.

I.

**N**os au- tem \* glo-ri- á- ri o-pórtet in  
Cru- ce Dómi-ni no- stri Ie- su Christi, in quo  
est sa-lus, vi- ta et re-surrécti- o nostra :

\* Per quem sal-vá- ti et li-be- rá-  
ti su- mus. V. Tu- am Cru-cem ad-o-  
rámus, Dó-mi- ne, et re-cô- limus tu- am



glo-ri- ó-sam passi- ó-nem. \* Per quem, etc.

¶. Hoc signum Crucis erit in caelo.

R. Cum Dóminus ad iudicándum vénérerit.

N° 240. O Crux benedicta.

I.

O Crux be-ne- dí- cta! quae so-la  
 fu- í- sti digna portá- re Regem caeló- rum  
 et Dómi-num, al- le-  
 lú- ia. ¶. Hoc signum Crucis, etc.

Musical notation for 'O Crux benedicta'. It features three staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large 'O'. The lyrics 'Crux be-ne- dí- cta!' are on the first staff, 'fu- í- sti digna portá- re Regem caeló- rum' on the second, and 'et Dómi-num, al- le-' on the third. The fourth staff contains the concluding 'lú- ia.' and the signum '¶. Hoc signum Crucis, etc.'

N° 241. O Crux gloriosa.

3.

O Crux glo- ri- ó- sa, \* o Crux ad-o-  
 ránda, o li- gnum pre- ti- ó-sum et admi-

Musical notation for 'O Crux gloriosa'. It features three staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large 'O'. The lyrics 'Crux glo- ri- ó- sa, \* o Crux ad-o-' are on the first staff, 'ránda, o li- gnum pre- ti- ó-sum et admi-' on the second. The third staff contains the concluding 'admi-'.

rá- bi- le signum : per  
 quod et di- á- bo-  
 lis est victus, et mundus Chri- sti Sán- guine  
 redémptus, alle-  
 lú- ia.


V. Tuam Crucem adorámus, Dómine.

R. Tuam gloriósam recólimus passiónem.

Nº 242. O Crux splendidior.

I.

**O** Crux, \* splendí-di- or cunctis astris, mundo cé- le-  
 bris, ho-mí-ni-bus multum a-má-bi- lis, sán- ctí- or  
 u-ni-vér-sis : quae so-la fu- í-sti di-gna portá-re



¶ Y. Tuam Crucem, *etc.*

## Nº 243. Per signum Crucis.

8.

P ER signum Cru- cis \* de in-imí- cis nostris  
lí-be-ra nos De-us no-ster. *Cantores* : Laudá-te Dómi- num  
*Chorus* : Quó-ni- am con-

omnes gentes : lau-dá-te  
firmá-ta est su-per nos mi-se-ri-córdi- a e- ius, et vé-ri-  
e- um omnes pó-pu-li.  
tas Dómi-ni manet in ae- té- rí- num. *Omnes* : Per signum.

*Cantores* : Gló-ri- a Patri.

*Chorus* : Sic-ut e-rat. *Omnes* : Per signum.

Nº 244. Super omnia ligna.

I.

S

UPER ómni- a \* ligna cedró-rum tu so-la excél-  
si or, in qua Vi-ta mundi pe-pén-dit, in qua Christus  
tri- umphá-vit : et mors mor- tem su-pe-rá- vit in ae-térnum.

¶. Tuam Crucem, etc.

Nº 245. Vexilla Regis.

I.

V

E-XILLA Re- gis pród- e- unt : Fulget Cru-cis  
mysté-ri- um, Qua vi-ta mor- tem pér-tu- lit, Et mor- te  
vi- tam pró-tu-lit.

- 2. Quae vulneráta lánceae  
Mucróne diro, críminum  
Ut nos laváret sórdibus,  
Manávit unda et sanguine.
- 3. Impléta sunt quae cóncinit  
David fidéli cármine,  
Dicéndo natiónibus :  
Regnávit a ligno Deus.

- 4. Arbor decóra et fúlgida,  
Ornáta Regis púrpura,  
Elécta digno stípite  
Tam sancta membra tágere.
- 5. Beáta, cuius bráchiis  
Prétium pepéndit saéculi :  
Statéra facta córporis,  
Tulítque praedam tártari.

# Pro Summo Pontifice. № 246-247

6. O Crux ave, spes única,  
In hac triúmphi glória,  
Piis adáuge grátiam,  
Reísque dele crímina.

7. Te, fons salútis, Trínitas,  
Colláudet omnis spíritus :  
Quibus Crucis victóriam  
Largíris, adde praémium.  
Amen.

¶. Tuam Crucem adorámus, Dómine.

R. Tuam gloriósam recólimus passióinem.


## POST EXERCITIUM VIAE CRUCIS.

*Dum imponitur thus ad S. Crucis reliquias honorandus intonatur hymnus, Vexilla Regis, vel alius cantus ex iis qui ponuntur pro Š. Cruce, vel etiam cantio in lingua vernacula; et postea datur benedictio.*

## PRO SUMMO PONTIFICE.

Nº 246. Tu es Petrus.

7.



**T** u es Pe-trus, \* et super hanc pe-tram ae-di- fi-  
cábo Ecclé- si- am me- am. ¶. Fiat manus tua, etc.

Nº 247. Tu es pastor ovium.

I.



**T** u es pastor ó-vi- um, \* Prín- ceps Apo-sto- ló- rum  
ti-bi trá-di-tae sunt cla- ves regni cae-ló- rum.

¶. Fiat manus tua super virum déxterae tuae.

R. Et super fílium hóminis quem confirmásti tibi.

## Nº 248. Oremus pro Pontifice.

V. I.

**O**

- RÉMUS pro Pontí- fi-ce nostro Pi- o.  
 Le- ó-ne.  
 Bene-dícto.

R. Dómi-nus consérvet e- um, et vi-ví- fi-cet e- um, et be- á-

tum fá-ci- at e- um in ter-ra, et non tradat e- um in  
 á-nimam in-imí-có- rum e-jus.

V. Fiat manus tua super virum déxterae tuae.  
 R. Et super fílium hóminis quem confirmásti tibi.

## PRO MISSIONIBUS.

## Nº 249. Mitte Domine. I.

2.

**M**

ITTE Dómi-ne, \* o-pe- rá-ri- os in messem tu-am :

messis qui-dem multa, ope- rá-ri- i autem pau-ci.

V. Rogáte Dóminum messis.

R. Ut mittat operários in messem suam.

## Nº 250. Mitte Domine. II.

3.

**M**

ITTE Dómi-ne, \* o-pe-rá-ri- os in messem tu-am :

messis qui-dem multa, o-pe-rá- ri- i autem pau-ci.

V. Rogáte Dóminum messis.

R. Ut mittat operários in messem suam.

## Nº 251. Mitte Domine. III.

6.

**M**

IT-TE Dómi-ne, \* o-pe-rá- ri- os in messem

tu- am : mes- sis qui-dem multa, o-pe-rá- ri- i autem

pau- ci.

V. Rogáte Dóminum messis.

R. Ut mittat operários in messem suam.





## PARS III. PARS RITUALIS.

---

---

### CAPUT I.

Vestitio et professio in I. Ordine.

#### Articulus I. — Vestitio Novitiorum.

1. *Missa conventuali peracta, Celebrans sedens in scabello Candidatos interrogat :*

Fílii caríssimi (Fili caríssime), quae est petítio vestra (tua)?

*Candidati simul respondent :*


Reverénde Pater, — rogo te propter amórem Dei, — beatísima Vírginis Maríae, — sancti Patris nostri Francíscii — et ómnium Sanctórum, — quátenus me ad hábitum \* Ordinis Seraphici [tértii Ordinis sancti Francíscii] — admíttere dignérís : — ad agéndam poeniténtiam, — emendándam vitam meam — et Deo fidéliter usque ad mortem serviéndum.

*Prolata petitione, Celebrans ait : Deo grátias, brevemque ad eos habet sermonem. Quo finito assurgit ac orationes decantat prout in Rituali.*

2. *Tunc benedicit vestimenta ac dein redit ad medium altaris, ubi genuflexus intonat hymnum Veni Crátor, quem Religiosi, pariter genuflexi usque ad finem, prosequuntur :*

8.







V



E- NI Cre- á- tor Spí-ri-tus, \* Mentes tu- ó- rum ví-

2. Qui dí- ce- ris Pa- rácli-tus, Al-tís-simi do- num

# In vestitione Novitiorum I. Ord.



*Oratione cantata, Candidati habitu Seraphico induuntur.*

3. Post Vestitionem Assistentes cantant Versiculos :

V. Salvos fac servos tuos (Salvum fac servum tuum).

R. Deus meus, sperántes (sperántem) in te.

V. Mitte eis (ei), Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eos (eum).

# In vestitione Novitiorum I. Ord.

V. Nihil proficiat inimicus in eis (eo).

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis (ei).

V. Dómine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

*Celebrans adiungit Dóminus vobiscum et Orationem.*

4. *Oratione finita, Magister Novitiorum novellos Confratres ad singulos Religiosos deducit, ut pacem ab omnibus recipiant. Qui dat pacem, dicit : Dóminus det tibi pacem et perseverantiam; Novitius respondet : Amen. Ora pro me. Interim duo Cantores intonant Ps. 15. Conserva, quem ceteri prosequuntur et alternatim decantant :*

*Cantores :*

**Psalmus 15.**

6. F

ONSÉRVA me Dómine, quóni- am spe-rá-vi  
IN te :\* di-xi Dómino : De-us me-us es tu quóni- am  
bonórum me- órum non E- ges. *Flexa : vi- as vitae, †*

*Chorus : 2. Sanctis, qui sunt in terra Eius, \* mirificavit omnes voluntates meas in Eis.*

3. Multiplicatae sunt infirmitates eorum : \* postea acceleraverunt.

4. Non congregabo conventicula eorum de sanguiniibus : \* nec memor ero nominum eorum per labia Mea.

5. Dóminus pars hereditatis meae et cálidis MEi : \* tu es qui restitues hereditatem meam Mihi.

6. Funes cecidérunt mihi in praeclaris : \* étenim hereditas mea praeclara est Mihi.

7. Benedicam Dóminum, qui tribuit mihi intellectum : \* insuper et usque ad noctem increpauerunt me ienes MEi.

## In professione temporaria I. Ord.

8. Providébam Dóminum, in conspéctu meo SEMper : \*  
quóniam a dextris est mihi, *ne comMōvear*.

9. Propter hoc laetátum est cor meum, et exsultávit  
lingua MĒa : \* ínsuper et caro mea requiéscet IN spe.

10. Quóniam non derelínques ánimam meam in inFER-  
no : \* nec dabis sanctum tuum vidére corruptiOnem.

11. Notas mihi fecísti vias vitae, † adimplébis me laetí-  
tia cum vultu TUo : \* delectatiónes in déxtera tua usque  
in FInem.

12. Glória Patri, et FIlio, \* et Spirítui SANcto.

13. Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in  
saécula saeculórum. Amen.

5. *Finito Psalmo, et pace data, duo Assistentes subiungunt :*

V. Confirma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem.

V. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.

R. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

V. Ora pro nobis beáte Pater noster Francísce.

R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

*Orationibus cantatis subiungitur :*

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

*Demum duo Cantores cantant :*

6.

ENE-DI-CÁ-MUS DÓ-mi-no.

De-o grá-ti-as.

*Celebrans iam altare concendit et omnibus benedicit.*

## Articulus II. — In professione temporaria.

1. *Missa conventuali peracta, Celebrans sedens in scabello Novitios  
interrogat :*

Fratres caríssimi (Frater caríssime), quae est petício vestra  
(tua)?

## In professione temporaria I. Ord.

*Novitii in communi respondent :*

Reverénde Pater, — rogo te propter amórem Dei, — beatíssimae Vírginis Maríae, — sancti Patris nostri Francísci — et ómnium Sanctórum, — quátenus me ad professióinem votórum simplícium et temporariórum — in Ordine nostro admíttere dignéris : — ad agéndam poenitentiam, — emendándam vitam meam — et Deo fidéliter usque ad mortem serviéndum.

*Celebrans respondet : Deo grátias, ac brevem dirigit sermonem ad professuros et circumstantes, in cuius fine interrogat hoc modo*

Vultis, Fratres caríssimi (Visne, Frater caríssime) in sancto vocatióni vestrae (tuae) propósito perseveráre, et ad obser-vántiam trium votórum, sanctae Régulae omniúmque praecep-tórum eius vos (te) adstríngere?

*Novitii in communi respondent : Volo. Celebrans subiungit : Quod Deus omnípotens concédat vobis (tibi) per grátiam suam.*

*Quibus dictis Celebrans genuflexus intonat Veni Crátor, p. 276, quod ceteri, genuflexi usque ad finem, prosequuntur.*

2. *Expletis Hymno, Versu et Orationibus, omnes surgunt, et Celebrans sedens recipit primum Novitium a suo Magistro comitatum. Novitius in ora suppeditanei genuflexus, et manus suas iunctas in manibus Celebrantis tenens, clara et intelligibili voce pronuntiat formulam professionis simplicis et temporariae. Celebrans Neo-professum amplectens dicit : Pax tibi, Frater; ad quod hic respondet : Deo grátias, et cum consueta reverentia erga Celebrantem in planum descendit ubi Magister ei caparonem a caputio separat. Peracta singulorum professione, Magister Neo-professos ad singulos Religiosos deducit, ut pacem ab omnibus recipiant. Qui dat pacem dicit : Dóminus det tibi pacem et perseverántiam; Professus respondet : Amen. Ora pro me. Interim duo Cantores intonant Ant. Ecce quam bonum; Religiosi vero omnes prosequuntur ut infra notatur.*


Ant. *Cantores* *Chorus*  
6. F

The musical notation consists of two staves. The top staff is for the 'Cantores' (choir), indicated by a soprano clef and a common time signature. The bottom staff is for the 'Chorus', indicated by a bass clef and a common time signature. The notation uses square neumes on four-line red staves. The lyrics 'Ecce quam bonum \* et quam iucundum habi-tá-re' are written below the staves.


E CCE quam bonum \* et quam iucundum habi-tá-re

# In professione temporaria I. Ord.

Cantores




fratres in unum! Sic-ut unguéntum *in CApi-te*, \* quod  
*Chorus*



descéndit in barbam, *barbam A-a-ron*. *Ant.* Ecce quam.

Cantores



V. Quod descéndit, etc.

*Cantores.* Quod descéndit in oram vestiménti Eius : \*  
sicut ros Hermon, qui descéndit in montem SIon.

*Chorus.* Ecce quam bonum et quam iucúndum, habi-  
táre fratres in unum.

*Cantores.* Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiO-  
nem, \* et vitam usque *in SAEculum*.

*Chorus.* Ecce quam bonum.

*Cantores.* Glória Patri, et FIllo, \* et Spirítui SANcto.

*Chorus.* Ecce quam bonum.

*Cantores.* Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \*  
et in saécula saeculórum. Amen.


*Chorus.* Ecce quam bonum.

*Cantores deinde intonant :*

L

AUDÁTE pú-eri DOmínum : \* laudá-te nomen

*Chorus*



DOMi-ni. Sit nomen DÓMi-ni, etc.

## In professione temporaria I. Ord.

*Chorus.* Sit nomen Dómini beneDIctum, \* ex hoc nunc et usque in SAEculum.

*Cantores.* A solis ortu usque ad ocCAsum, \* laudábile nomen DOmíni.

*Chorus.* Excélsus super omnes gentes DOmínuS, \* et super caelos glória Eius.

*Cantores.* Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis HABitat, \* et humília réspicit in caelo et in TERra?

*Chorus.* Súscitans a terra INopem, \* et de stércore érigens PAUperem.

*Cantores.* Ut collocet eum cum prinCipibus \* cum princípibus pópuli SUI.

*Chorus.* Qui habitáre facit stérilem in Domo \* matrem filiórū laeTANtem.

*Cantores.* Glória Patri, et FIlio, \* et Spíritui SANcto.

*Chorus.* Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in saécula saeculórum. Amen.

*Pro temporis exigentia addi potest Ps. 15. Consérvá me, p. 278.*

3. *Finitis psalmis, et pace data, Assistentes cantant :*

¶. Confírma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem.

¶. Salvos fac servos tuos (Salvum fac servum tuum).

R. Deus meus, sperántes in te (sperántem in te).

¶. Mitte eis (ei), Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eos (eum).

¶. Nihil proficiat inimícus in eis (eo).

R. Et filius iniquitáti non appónat nocére eis (ei).

¶. Dómine, exáudi.

*Celebrans cantat* ¶. Dóminus vobíscum cum Orationibus Ritualis, ac dein intonat Te Deum, p. 253 vel 256, quo finito duo Assistentes cantant :

¶. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.

¶. In Conceptióne tua, Virgo, immaculáta fuísti.

R. Ora pro nobis Patrem, cuius Fílium peperísti.

¶. Ora pro nobis, beáte Pater noster Francísce.

R. Ut digni efficiámur promissióibus Christi.

¶. Dómine, exáudi.

## In professione solemni I. Ord.

*Celebrans statim subiungit Dóminus vobíscum, tres Orationes et Dóminus vobíscum; Cantores vero subdunt :*

5.

The musical notation consists of two staves. The top staff begins with a large capital letter 'B' followed by the text 'ENE-DI-CÁMUS DÓMI NO.' The bottom staff begins with 'R. DEO' followed by 'grá- ti- as.'. Both staves use a soprano C-clef, common time, and a mix of square and diamond-shaped note heads.

4. *Celebrans postmodum iterum suppedaneum ascendit, et Neoprofessis genuflexis et mediocriter inclinatis benedictionem B. P. N. Francisci impertit, cui ipsi respondent : Amen.*

*Demum Celebrans omnibus praesentibus in genua pro voluntis benedicit, dicens : Benedíctio Dei omnipoténtis. etc. R. Amen.*

## Articulus III. — In professione solemni.

1. *Quando Minister Provincialis caeremonias peragit, in ipsius solemni ingressu cantari potest p. 121. Laetátus sum, in octavo tono, ut infra, p. 294.*

*Antequam Missam solemnem inchoat, Celebrans sedens in scabello Professuros interrogat, Choralibus stantibus facie ad altare :*

Fratres caríssimi (Frater caríssime), quae est petitio vestra (tua)? *Qui simul respondent :*

Reverénde Pater, — rogo te propter amórem Dei, — beatíssimae Vírginis Maríae, — sancti Patris nostri Francísci — et ómnium Sanctórum, — quátenus me ad professiónem votórum solémnium in Ordine nostro admíttere dignérис : — ad agéndam poenitentiam, — emendándam vitam meam — et Deo fidéliter usque ad mortem serviéndum.

*Celebrans respondet : Deo grátias, et post brevem exhortationem (interea omnes sedent) Missam inchoat usque ad (secundum) Allelúia, Tractum vel Sequentiam exclusive.*

2. *Tunc denuo ad Professuros conversus, eos interrogat :*


Vultis fratres mei (Visne frater mi), in sancta vocatiónis vestrae (tuae) professióne perseveráre et Deo vos (te) solémniter consecráre?

*Et illi simul respondent : Volo. Postquam Celebrans adstantes exhortatus est ad orandum, Litaniae Ordinis inchoantur a duobus Cantoribus, p. 308. (modo simplici).*


*Non autem respondetur Ora pro nobis, sed Ora pro eis (eo).*

# In professione solemnī I. Ord.

*A Versu vero Propitius esto cantatur ut sequitur :*



Propí- ti- us E- sto, par- ce nobis Dómi-ne.  
 Propí- ti- us E- sto, ex- áu- di nos Dómi-ne.  
 Ab immundítia cor-dis et CORporis, lí- be-ra e- os \* Dómi-ne.  
 Ab o- mini pec- CA- to, lí- be-ra e- os \* Dómi-ne.  
 A damnatió- ne per- PE- tua, lí- be-ra e- os \* Dómi-ne.  
 Ab o- mni MA- lo, lí- be-ra e- os \* Dómi-ne.  
 Per mystérium  
sanctae Incarna-  
tíonis, Passiónis  
et Resurrecti- ó- nis TU- ae, lí- be-ra e- os \* Dómi-ne.



Pec- ca- TO- res, te rogámu-s audi nos.  
 Ut pacem et tranquilli- tátēm e- is (ei) DO- nes, te rogámu-s audi nos.  
 Ut hos fámulos tuos ,  
 (hunc fámulum tuum)  
 in vera castitáte et  
 paupertáte perseverá- re FA- ci- as, te rogámu-s audi nos.  
 Ut eis (ei) virtútem ve- rae obediéntiae et hu-  
 militátis donáre di- GNE- ris, te rogámu-s audi nos.  
 Ut eos (eum) in tuo  
 sancto servítio perse- verá- re FA- ci- as, te rogámu-s audi nos.  
 Ut eis (ei) augmémentum  
 Fídei, Spei et Caritá- tis donáre di- GNE- ris, te rogámu-s audi nos.  
 Ut ómnibus fidélibus  
 defúnctis , réquiem  
 aetérnam donáre di- GNE- ris, te rogámu-s audi nos.

\* Pro uno Professuro dicitur eum.


# In professione solemnī I. Ord.

*Nunc ipse Celebrans subdit :*


Ut praeséntes fámulos tuos, Fratres nostros (praeséntem fámulum tuum, Fratrem nostrum), bene~~+~~dícere diGNERis, et *Chorus respondet* : te rogámus audi nos.

Ut praeséntes fámulos tuos, Fratres nostros (praeséntem fámulum tuum, Fratrem nostrum), bene~~+~~dícere et sancti~~+~~ficáre diGNERis, *Chorus* : te rogámus audi nos.


*Cantores prosequuntur* : *Fili DEI, Chorus* : te rogámus audi nos.




Agnus De-i, qui tol-lis peccá-ta mundi, 1. parce no-bis,  
2. exáu-di nos,  
3. mi-se-ré-re



1. Dómi-ne.  
2. Dómi-ne.  
3. no-bis.



Christe audi nos. Christe ex-áudi nos. Ký-ri-e e-lé-i-son.



Christe e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

3. *Nunc Celebrans genuflexus intonat Hymnum Veni Crátor,*  
*p. 276, quem omnes, genuflexi usque ad finem, prosequuntur.*

*Post Veni Crátor Cantores subdunt :*

V. Salvos fac servos tuos (Salvum fac servum tuum).

R. Deus meus, sperántes (sperántem) in te.

V. Mitte eis (ei), Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eos (eum).

V. Nihil proficiat inimícus in eis (eo).

R. Et filius iniquitatis non appónat nocére eis (ei).

V. Dómine exáudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

*Celebrans vero subdit Dóminus vobíscum et Orationem.*

# In professione solemni I. Ord.

4. Oratione finita Professuri cantant genuflexi in loco suo, et repetunt ter, ac toties altius (*Choralibus stantibus facie ad invicem*) :

6.

S


ÚSCI-PE me, Dómi-ne, se-cúndum e-lóqui- um tu- um

et vi-vam; et non confúndas me ab exspecta-ti- ó-ne me- a.


*Chorales respondent :*



¶. Suscé-pimus, De-us, mi-se-ri-córdi- am tu-am in mé-di- o  
*Cantores*



templi tu- i. ¶. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i  
*Chorales*



Sancto. ¶. Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper,



et in saécu-la saecu-ló-rum. Amen. Súscipe...

*Quod ter repetitur, ac toties altius; quibus finitis Chorales faciem vertunt ad altare.*

*Statim primus e Professuris candelam Acolytho tradit et debit is cum reverentiis altare concendit, ubi manus iunctas tenens in manibus Celebrantis, clara et intelligibili voce pronuntiat formulam professionis perpetuae.*

*Frater professus manum Celebrantis osculatus surgit, recedit cum debit is reverentiis et candelam resumit.*

5. Peracta professione, duo Assistentes cantant :

¶. Confírma hoc Deus, quod operá tus es in nobis.

Rq. A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem.

## In renovatione professionis I. Ord.

¶. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

¶. Hi accípient (hic accípiet) benedictiónem a Dómino.

R. Et misericórdiam a Deo salutári suo.

¶. Dómine exáudi.

*Celebrans vero subdit Dóminus vobíscum cum Orationibus, et in fine benedicit Neo-professos : Osténdat Dóminus, etc., quam benedictionem ípsi genuflexi et mediocriter inclinati recipiunt.*

6. *Tunc Missa continuatur; ad Offertorium Neo-professi bini ac bini accedunt et in ora suppedanei genuflexi Celebranti candelas suas offerunt, cum osculo candelae et manus Celebrantis; Chorales interim decantant Offertorium, cui, si tempus ferat, addi potest Magníficat in tono solemni.*

7. *Dicta Oratione Dómine Iesu Christe, primus ex Neo-professis post Diaconum a Celebrante pacem recipit.*

8. *Summo Sacro peracto et Venerabili exposito, Celebrans intonat Te Deum, p. 253 vel 256; dein Assistentes cantant ¶. solitos : Benedicámus, etc. p. 282. Post Orationes et Benedicámus Dómino, p. 283, Cantores intonant Tantum ergo, et datur Benedictio cum Sanctissimo.*

## Articulus IV. — Renovatio professionis, die 16. Aprilis.


1. *Post Missam conventualem Chorales recipient candelas, et Celebrans intonat Veni Créator, p. 276, quod ceteri, genuflexi usque ad finem, prosequuntur.*

*Postea habeatur brevis sermo et Sanctissimo exposito, duo Cantores intonant Ps. 115. Crédidi, quem Religiosi genuflexi decantant.*

### Psalmus 115.

*Cantores*

5. a



**C** RÉDI-DI propter quod loCUTus sum :\* Ego au-tem

*Chorus*



humí-li-Atus sum NI- mis. Ego di-xi, etc.

## In renovatione professionis I. Ord.

2. Ego dixi in excéssu MEO : \* Omnis HOMO MEN-dax.
  3. Quid retríbuam DÓmino, \* pro ómnibus, quae reTRIBuit MIhi?
  4. Cálicem salutáris acCIPiam : \* et nomen DÓmini INvoCABo.
  5. Vota mea DÓmino reddam coram omni pôpulo Eius : \* pretiosa in conspéctu DÓmini mors sanCTOrum Eius.
  6. O DÓmine, quia ego servus TÜUS : \* ego servus tuus, et filius anCILLAe TÜAE.
  7. Dirupísti víncula MEa : \* tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen DÓmini INvoCABo.
  8. Vota mea DÓmino reddam in conspéctu omnis pôpuli Eius : \* in átriis domus DÓmini, in médio TUi IeRUSALEM.
  9. Glória Patri, et FIlio, \* et SpiRITui SANcto.
  10. Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in saécula saecuLOrum. Amen.
- 2. Psalmo absoluto, Celebrans pronuntiat formulam renovationis, quam ceteri Fratres mentes sequuntur.*

## FORMULA RENOVATIONIS PROFESSIONIS RELIGIOSAE.

**D**ÓMINE Deus noster, ego, meo et ómnium Fratrum meórum hic praeſentium nómine, grátias ago infinítæ Maiestáti tuae, pro singulári illo benefício, quo me vilíssimum peccatórem, de hoc saéculo nequam, per tuam pientíssimam misericórdiam, eduxísti, et ad professióne admisísti. Dóleo ex toto corde, quod grátiae huic non satis respónderim, tantóque benefício fúerim ingrátus. Detéstor omnes transgredíssones et negligéntias meas, in hoc statu commíssas; et ad obtinéndum verum renovatiónis spíritum, ego Frater N. N. iteráto vóveo et promítto Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beátó Patri nostro Francíscu, ac ómnibus Sanctis, toto tempore vitae meae serváre Régulam Fratrum Minórum, vivéndo in obediéntia, sine proprio, et in castitáte: cúpiens hunc actum renovatiónis votórum meórum coram sanctíssima Trinitáte gratum ac ratum habéri, semper duráre, et collocátm

c

## In renovatione professionis I. Ord.

in aspiratiōne et respiratiōne anhēlitus mei, ut eūmdem quoad vīxero, rēnovem, et perfēcte adīmpleam usque in finem.

Quia vero ad haec fidéliter implénda me nimis infírmum et frágilem agnóscō, rogo te, bone Iesu, ut qui dedísti mihi vovéndi voluntátem, trībuas étiam exsequéndi facultátem, meque dirígere dignérīs, ut non iam mihi, sed tibi soli vivam, omnésque Ordinis observántias, et quidquid perfectiōnem ánimae meae promovére potest, summo stúdio ampléctar ad maiōrem tui Nōminis glóriam, qui es Deus benédictus in saécula.

*Et omnes Religiosi respondent : Amen.*

*Idem lingua Neerlandica :*

Heer, onze God, in mijn naam en in naam van al mijn broeders, hier tegenwoordig, dank ik uw oneindige Majesteit voor die heel bijzondere weldaad, dat Gij in uw liefdevolle barmhartigheid mij, onwaardige zondaar, uit deze boze wereld hebt geleid en tot de professie hebt toegelaten. Het is mij van ganser harte leed, dat ik aan deze genade niet genoeg heb beantwoord, en dat ik ondankbaar ben geweest voor deze grote weldaad. Ik verfoei alle overtredingen en tekortkomingen, waarin ik mij in deze staat heb schuldig gemaakt, en om de ware geest van hernieuwing te verkrijgen, beloof ik, broeder N. N. opnieuw aan de almachtige God, aan de Heilige Maria, altijd Maagd, aan onze heilige Vader Franciscus en aan alle Heiligen geheel de tijd van mijn leven de Regel der Minderbroeders te onderhouden, en te leven in gehoorzaamheid, zonder eigendom en in kuisheid. Moge deze acte van hernieuwing van mijn geloften voor het aanschijn der Allerheiligste Drieéenheid welgevallig en van kracht zijn; moge zij altijd voortduren en mij bij elke ademtocht op de lippen liggen; moge ik ze zo, zolang ik leef, herhalen en tot het einde toe volmaakt vervullen.

Ik weet echter, dat ik maar al te zwak en krachtelos ben om dit getrouw te volbrengen. Daarom vraag ik U, goede Jesus, die mij het voornemen om dit te beloven hebt ingegeven: geef mij ook de kracht om het ten uitvoer te brengen. Gewaardig U, mij zo te leiden, dat ik niet meer leef voor mij zelf, maar alleen voor U, en dat ik alle voorschriften der Orde en al wat mijn volmaaktheid kan bevorderen met de grootste ijver aanvaard, tot meerdere eer van uw heilige naam, o God, die gezegend zijt in alle eeuwen.

— *Allen antwoorden : Amen.*

*3. Sic renovata professione, Assistentes adhuc genuflexi canunt :*

Y. Confirma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem.

## In iubilaeo I. Ord.

- V. Fiat misericórdia tua Dómine super nos.  
R. Quemádmodum sperávimus in te.  
V. Meménto congregatiónis tuae.  
R. Quam possedísti ab initio.  
V. Dómine exáudi oratióne meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.

*Celebrans solus surgens dicit Dóminus vobíscum et orationes.*

*4. Quibus finitis intonat Celebrans Te Deum, p. 253 vel 256, quo cantato Assistentes subiungunt :*

- V. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.  
R. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.  
V. In Conceptiōne tua, Virgo, immaculáta fuísti.  
R. Ora pro nobis Patrem, cuius Fílium peperísti.  
V. Signásti, Dómine, servum tuum Franciscum.  
R. Signis redemptiōnis nostrae.  
V. Oráte pro nobis, omnes Sancti Ordinis Minórum.  
R. Ut digni efficiámur promissiōnibus Christi.  
V. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hereditati tuae.  
R. Et rege eos, et extólle illos usque in aetérnum.  
V. Dómine exáudi.

*Et Celebrans surgens cantat Dóminus vobíscum et orationes. Ultimo cantatur Tantum ergo, et datur Benedictio.*

## Articulus V. — In iubilaeo.

*1. Ante Missam solemnem Communitas ad domum Capitularem processionaliter se confert, ubi candela accensa et baculum Fratri iubilaturo porríguntur. In regressu ad ecclesiam canitur alternatim Ps. 148. Laudáte.*

### Psalmus 148.

8.

**L** AUDÁTE Dóminum de CAE-lis :\* laudá-te e- um  
in exCEL-sis. Flexa : et vírgines, †

## In iubilaeo I. Ord.

2. Laudáte eum omnes Angeli Eius : \* laudáte eum omnes virtútes Eius.

3. Laudáte eum sol et LUna : \* laudate eum omnes stellæ et Lumen.

4. Laudáte eum caeli caelorum : \* et aquae omnes quae super caelos sunt laudent nomen D'Omni.

5. Quia ipse dixit, et Facta sunt : \* ipse mandávit, et creata sunt.

6. Státuit ea in aetérnum et in saéculum SA Eculi : \* praecéptum pósuit, et non praeteribit.

7. Laudáte Dóminum de TERra, \* dracónes, et omnes abYssi ;

8. Ignis, grando, nix, gláicies, spíritus procelLArum : \* quae fáciunt verbum Eius;

9. Montes, et omnes COLles; \* ligna fructífera, et omnes CEdri;

10. Béstiae et univérsa PEcora, \* serpentes et vólucre penNAtae;

11. Reges terrae, et omnes POpuli; \* príncipes et omnes iúdices TERrae;

12. Iúvenes et vírgines, † senes cum iunióribus laudent nomen D'Omni : \* quia exaltátum est nomen eius soLIus.

13. Conféssio eius super caelum et TERram : \* et exaltávit cornu populi SUi.

14. Hymnus ómnibus sanctis Eius : \* filiis Israël, pôpulo appropinquânti Sibi.

15. Glória Patri, et Filio, \* et Spirítui SANcto.

16. Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in saécula saeculórum. Amen.

2. Postquam ad altare maius advenerint, cantantur, Celebrante intonante, Veni Créátor, 276, cum V. et Oratione; deinde fit petitio et brevis allocutio, quibus finitis Superior cantat :

V. Salvum fac servum tuum.

R. Deus meus, sperántem in te.

V. Mitte ei Dómine auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eum.

# In iubilaeo I. Ord.

V. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Esto ei Dómine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Dómine exaudi. Dóminus vobiscum *cum Oratione.*

*3. Post Summum Sacrum Iubilarius adiuvantibus duobus Cantoribus intonat Ant. Venite exsultemus, quam Chorus prosequitur. Deinde Cantores Psalmum 99. Iubilate decantant, et post quemlibet versum Religiosi omnes repetunt Ant. Venite.*

8. G

V

E-ní-TE, \* exsultemus Dómino, iu-bi-lémus De-o

sa-lu-tá-ri nostro.

## Psalmus 99.

Cantores

8.

I

UBILÁTE De-o omnis TERRa : \* serví-te Dó-

Chorus

Cantores

mino in laeTI-ti-a. Vení-te. Intro-í-te, etc.

2. Introite in conspectu Eius, \* in exsultatione.

3. Scitote quoniam Dóminus ipse est DEus : \* ipse fecit nos, et non Ipsi nos.

4. Pópulus eius, et oves páscuae Eius : \* introite portas eius in confessione, átria eius in hymnis : confitemini Illi.

5. Laudate nomen eius : quoniam suavis est Dóminus, † in aeternum misericordia Eius, \* et usque in generationem et generationem véritas Eius.

## In vestitione II. Ord.

6. Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui SANcto.
7. Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in saecula saeculórum. Amen.

4. *Antiphona in fine ab omnibus repetita, Iubilarius professionem suam renovat; et postquam a Superiore pacem acceperit, duo Cantores statim intonant Ant. Ecce quam bonum cum psalmo relativo, uti p. 280. Postea Assistentes cantant :*

V. Confírma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem.

V. Dómine Deus virtútum, convérte nos.

R. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

V. Hic accípiet benedictióneM a Dómino.

R. Et misericórdiam a Deo salutári suo.

V. Dómine exáudi.

*Celebrans vero addit Dóminus vobíscum cum Oratione. Post coronationem et triplicem benedictionem Iubilarii, Celebrans intonat Hymnum Te Deum, p. 253 vel 256, quem Cantores cum Religiosis alternatim decantant. Assistentes subdunt solitos Versiculos : Benedicámus, etc. p. 262, et post Orationes Cantores cantant in tono solemni : Benedicámus Dómino. p. 326 vel p. 283.*

*Tandem Superior omnibus benedit.*

---

## CAPUT II.

### Vestitio et professio in II. Ordine.

#### Artieulus I. — Vestitio Novitiarum.

1. *Missa conventuali peracta, Celebrans sedens in scabello Candidatas interrogat :*

Fíliae caríssimae (Fília caríssima), quae est petítio vestra (tua)?

*Candidatae simul respondent :*

Reverénde Pater, — rogo te propter amórem Dei, — beatíssimae Virgínis Maríae, — sancti Patris nostri Francíisci, — sanctae Matris Clárae et ómnium Sanctórum, — quátenus me ad hábitum secúndi Ordinis Seraphíci — admíttere dignérис : — ad agéndam poenitentiam, — emendándam vitam meam — et Deo fidéliter usque ad mortem serviéndum.

*Post sermonem Candidatas iterum interrogat :*

Vultísne (Visne) in sanctae virginitatis propósito perseveráre?

*Et Candidatae respondent : Volo.*

## In vestitione II. Ord.

Tunc Celebrans dicit :

¶. Salvas (salvam) fac ancillas tuas (ancíllam tuam).

R. Deus meus, sperantes (sperántem) in te.

¶. Dómine exaudi. Dóminus vobiscum.

2. Post vestimentorum benedictionem Celebrans intonat Hymnum Veni Creador, p. 276, quem Moniales, genuflexae usque ad finem, prosequuntur. Post duas orationes Candidatae ad clausurae ingressum deducuntur.


Interim cantatur :

8. G



### Psalmus 121.

8. G



2. Stantes erant pedes Nostri \* in átriis tuis, IeRUSalem.

3. Ierúsalem, quae aedificátur ut CIvitas : \* cuius participatio eius in idípsum.

4. Illuc enim ascendérunt tribus, tribus DÓmini : \* testimónium Israel ad confiténdum nómini DÓmini.

5. Quia illic sedérunt sedes in iuDicio, \* sedes super domum DAvid.

6. Rogáte quae ad pacem sunt IeRUsalem : \* et abundántia diligéntiBUS te :

7. Fiat pax in virtute TUA : \* et abundántia in tür-ribus TUIS.

In vestitione II. Ord.

8. Propter fratres meos, et próximos M<sup>E</sup>os, \* loquébar  
pacem D<sup>E</sup> te :

9. Propter domum Dómini Dei Nostri, \* quae sív<sup>i</sup> bona  
Tibi.

10. Glória Patri, et Filio, \* et Spirítui SANcto.

11. Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in  
saecula saeculórum. Amen.

*Repetitur Ant. Veni Sponsa.*

3. *Quando Candidatae ad chorum deducuntur, Moniales cantant Responsorium :*

7.

U -NAM pé- ti- i \* a Dó- mi-no, hanc  
re- qui- ram : ut inhá-bi-tem in do- mo Dómi-  
ni ómni-bus di- é- bus vi- tae me- ae : \* Ut ví-  
de am vo-luptá- tem Dó- mi- ni, et ví- si-tem  
tem- plum e- ius. X. Intro- í- bo in do-  
mum tu- am, ad- o- rábo ad templum sanctum tu- um  
in ti- mó- re tu- o. \* Ut ví- de am.

## In professione temporaria II. Ord.

¶. Gló- ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi- ri-  
tu- i San- cto. \* Ut ví- de- am.

*Omnium vestitione peracta, Assistentes cantant :*

¶. Salvas fac ancíllas tuas (Salvam fac ancíllam tuam).

R. Deus meus, sperántes (sperántem) in te.

¶. Mitte eis (ei) Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eas (eam).

¶. Nihil proficiat inimícus in eis (ea).

R. Et filius iniquitatis non appónat nocére eis (ei).

¶. Dómine exáudi. *Celebrans subdit :* Dóminus vobíscum.

*Post Orationem duae Moniales intonant Ps. 15. Consérva, p. 278, et datur pax.*

*Post pacem Assistentes cantant :*

¶. Confírma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem.

¶. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.

R. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

¶. Signásti Dómine, servum tuum Francíscum.

R. Signis redemptiónis nostraræ.

¶. Ora pro nobis, beáta Clara [*in III. Ordine : Elísabeth*].

R. Ut digni efficiámur promissióibus Christi.

¶. Dómine exáudi. *Celebrans subiungit :* Dóminus vobíscum.

*Post Orationes cantat : Benedicámus Dómino, p. 283.*

## Articulus II. — In professione temporaria.

1. *Quando, Missa finita, Celebrans ad crates sederit, Moniales decantant Responsorium :*

2. V E- NI \* e-lécta me- a, et po- nam in

## In professione temporaria II. Ord.

te thro- num me- um.\* Qui- a con- cu-pí-vit  
rex spé- ci- em tu- am. V. Au- di fí- li- a, et ví-  
de, et inclí-na aurem tu- am; et obli-vísce-re pópu-lum  
tu- um, et domum patris tu- i. \* Qui- a.

*Ad interrogationem Celebrantis :*

Soróres caríssimae (Soror caríssima), quae est petítio vestra (tua)?

*Novitiae respondent in communi :*

Reverénde Pater, — rogo te propter amórem Dei, — beatíssi-mae Vírginis Maríae, — sancti Patris nostri Francísci, — sanctae Matris Clárae, et ómnium Sanctórum, — quaténus me ad profes-siónem votórum simplicium et temporariórum — in Ordine nostro admíttere dignéris : — ad agéndam poeniténtiam, — emendándam vitam meam — et Deo fidéliter usque ad mortem serviéndum.

*Post sermonem Celebrans iterum eas interrogat :*

Vultis, Soróres caríssimae (Visne, Soror caríssima) in sanctae virginitátis propósito perseveráre?

*Novitiae in communi respondent :*

Volo.

*Post benedictionem vestimentorum, Celebrans intonat Hymnum Veni Créator, p. 276, quem Moniales, genuflexae usque ad finem, prosequuntur.*

2. *Post Professionem Neo-professis velum imponitur, et singulae cantant (vel recitant) :*

7. **P** ósu- IT Christus signum in fá-ci- em me- am, ut

## In professione temporaria II. Ord.




nullum praeter e-um ama-tó-rem admít-tam.

*Postquam omnibus velum impositum est, Chorus Monialium cantat Ant. Veni Sponsa, p. 294.*

*Post coronationem singulae Neo-professae cantant (vel recitant) :*

7.



I N-DU- IT me Dóminus cýclade aura texta, et



imménsis mo-ní- li-bus ornávit me.

*Postquam omnibus Neo-professis vela et coronae imposta sunt cantatur Ant. Ecce quam bonum, cum psalmo relativo, eodem modo ac supra positum est, p. 280; interim datur pax. Postea Assistentes cantant :*

V. Elégit eas (eam) Deus, et praeelégit eas (eam).

R. In tabernáculo suo habitáre facit eas (eam).

V. Confírma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem.

V. Dómine exáudi. *Celebrans subdit* : Dóminus vobíscum.

*Post Orationes Celebrans intonat Hymnum Te Deum, p. 253 vel 256, quem Moniales prosequuntur; quo finito Assistentes cantant :*

V. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.

V. In conceptione tua Virgo, immaculáta fuísti.

R. Ora pro nobis Patrem, cuius Fílium peperísti.

V. Signásti Dómine, servum tuum Francíscum.

R. Signis redemptiónis nostrae.

V. Ora pro nobis, beáta Clara [*in III. Ordine* : Elísabeth].

R. Ut digni efficiámur promissióibus Christi.


V. Dómine exáudi. *Celebrans subiungit* : Dóminus vobíscum.

*Post Orationes cantatur Benedicámus Dómino, p. 283.*

## In professione solemni II. Ord.

### Articulus III. — In professione solemni.

1. *Celebrante cum Assistentibus ad crates procedentibus, Moniales cantant Antiphonam :*



4.  
**P**RUDÉNTES Vírgi-nes, \* aptá-te lámpades vestras : ec-  
ce Sponsus ve- nit, ex-í-te óbvi- am e- i.

*Postea Celebrans Moniales professuras interrogat :*

Soróres caríssimae (Soror caríssima), quae est petítio vestra (tua)?

*Quae simul respondent :*

Reverénde Pater, — rogo te propter amórem Dei, — beatíssimae Vírginis Maríae, — sancti Patris nostri Francísci, — sanctae Matris Clarae, et ómnium Sanctórum, — quátenus me ad profesiónem votórum solémnium — in Ordine nostro admíttere dignéris : — ad agéndam poeniténtiam, — emendándam vitam meam — et Deo fidéliter usque ad mortem serviéndum.

*Celebrans respondet : Deo grátias et post brevem allocutionem Missam inchoat usque ad (secundum) Allelúa, Tractum vel Sequentiā exclusive.*

2. *Tunc denuo ad Professuras conversus, eas interrogat :*


Vultis, Soróres caríssimae (Visne, Soror caríssima), in sancta vocatiónis vestrae (tuae) professióne perseveráre, et Deo vos (te) solémniter consecráre?

*Et illae simul respondent :*

Volo.

*Postquam Celebrans adstantes exhortatus est ad orandum, sacri Ministri Litanias Ordinis inchoant, uti p. 308; Moniales vero respondent Ora pro eis (ea); a Versu vero Propítius esto cantatur ut sequitur :*

In professione solemni II. Ord.



Propí-              *ti- us E-* sto, par- ce no- bis Dómine.  
 Propí-              *ti- us E-* sto, ex- áu-di nos Dómine.  
 Ab immundítia      *cor- dis et CORporis, lí- be-ra e-* as \* Dómine.  
 Ab o-              *mni pec- CA- to, lí- be-ra e-* as \* Dómine.  
 A damnatió-        *ne per- PE- tua, lí- be-ra e-* as \* Dómine.  
 Ab                  *o- mni MA- lo, lí- be-ra e-* as \* Dómine.  
 Per mystérium  
 sanctae Incarna-  
 tiónis, Passiónis et  
 Resurrecti-        *ó- nis TU- ae, lí- be-ra e-* as \* Dómine.



Pec- ca-      TO- res, te rogámu-s audi nos.  
 Ut pacem et tranquilli-  
                   tátēm e- is (ei) DO- nes, te rogámu-s audi nos.  
 Ut has ancíllas tuas,  
                   (hanc ancíllam tuam)  
                   in vera castitáte et  
                   paupertáte perseverá- re FA- ci-as, te rogámu-s audi nos,  
 Ut eis (ei) virtútem ve-  
                   rae obediéntiae et hu-  
                   militátis donáre di- GNE- ris, te rogámu-s audi nos.  
 Ut eas (eam) in tuo san-  
                   cto servítio perseverá- re FA- ci-as, te rogámu-s audi nos.  
 Ut eis (ei) augmén-tum  
                   Fídei, Spei et Caritáts  
                   donáre di- GNE- ris, te rogámu-s audi nos.  
 Ut ómnibus fidélibus  
                   defúnctis , réquiem  
                   aetérnam donáre di- GNE- ris, te rogámu-s audi nos.

*Nunc ipse Celebrans subdit :*

Ut praeséntes ancíllas  
 tuas, Soróres nostras,  
 (praeséntem ancíllam  
 tuam, Sorórem no-  
                   stram) bene dícere di- GNE- ris, te rogámu-s audi nos.

\* Pro una Moniali dicitur eam.


In professione solemini II. Ord.




Ut praeséntes ancíllas  
tuas, Soróres nostras,  
(praeséntem ancíllam  
tuam, Sorórem no-  
stram) bene **X** dícere  
et sancti **X** sicáre *di-* GNE- ris, te rogámus audi nos.  
*Fi- li DE- i,* te rogámus audi nos.




Agnus De- i, qui tol-lis peccá- ta mundi, 1. parce no- bis,  
2. exáu-di nos,  
3. mi-se- ré- re



1. Dómine.  
2. Dómine.  
3. no- bis.



Christe, audi nos. Christe, ex-áudi nos. Ký-ri- e e-lé- i-son.



Christe e-lé- i-son. Ký-ri- e e- lé- i-son.

3. *Nunc Celebrans genuflexus intonat Hymnum Veni Crátor,*  
*p. 276, quem omnes genuflexae usque ad finem, prosequuntur.*

*Post Veni Crátor, Assistentes subdunt, ¶ Salvas fac, etc. p. 296,*  
*Celebrans vero Orationem cum Praefatione.*

4. *Quibus finitis Professurae cantant, genuflexae in loco suo, et*  
*repetunt ter et toties altius : Súscipe me, p. 286. Tunc sequitur*  
*Professio.*

*Omnium Professione peracta, Neo-professae alternatim cum ceteris*  
*Monialibus cantant (vel saltem recitant) Responsorium :*



In professione solemni II. Ord.

saé- cu- li contémpsi propter amó-rem Dó-mi- ni no-stri  
 Ie-su Chri-sti, \* Quem vi-di, quem amá- vi, in quem  
 cré-di-di, quem di- lé- xi. V. Eructá- vit cor me- um  
 verbum bo- num: di-co e- go ó- pe-ra me- a re- gi.

\* Quem.

5. Post quam omnibus anuli et coronae benedictae imposita sunt, a Monialibus alternatim cantatur Ps. 83. Quam dilécta; interim datur pax.

6.

**Q** UAM di-lécta tabernácu-la tu-a Dómine vir TU-  
 tum; \* concupíscit et dé-fi-cit ánima me-a in átri- a  
 DOMi-ni. Flexa : legislá-tor; †

2. Cor meum, et caro MEa \* exsultavérunt in Deum VIvum.

3. Etenim passer invénit sibi DOmum : \* et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos SUos.

## In professione solemni II. Ord.

4. Altária tua, Dómine *virTUtum* : \* Rex meus, et Deus MEus.

5. Beáti, qui hábitant in domo tua, DOmíne : \* in saécula saeculórum lauDAbunt te.

6. Beátus vir, cuius est auxílium ABS te : \* ascensiōnes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum in loco, quem POsuit.

7. Etenim benedictiōnem dabit legislátor, † ibunt de virtúte in *virTUtem* : \* vidébitur Deus deórum in Sion.

8. Dómine Deus virtútum, exáudi oratiōnem MEam : \* áuribus pércepe, Deus IAcob.

9. Protéctor noster áspice, DEus : \* et résponce in fáciem Christi TUi.

10. Quia mélior est dies una in átris TUis, \* *super* MILLia.

11. Elégi abiéctus esse in domo Dei MEi : \* magis quam habitáre in tabernáculis peccáTORum.

12. Quia misericórdiam, et veritátem diligit DEus : \* grátiam et glóriam dabit DÓminus.

13. Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innoCENtia : \* Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat IN te.

14. Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui SANcto.

15. Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in saécula saeculórum. Amen.

*Postea Assistentes subdunt :*

V. Confírma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem.

V. Elégit eas (eam) Deus, et praeelégit eas (eam).

R. In tabernáculo suo habitáre facit eas (eam).

V. Hae accípient (Haec accípiet) benedictiōnem a Dómino.

R. Et misericórdiam a Deo salutári suo.

V. Dómine exáudi. *Celebrans subdit* : Dóminus vobíscum.

*Post Orationem et benedictionem Missa more solito continuatur.*

6. *Summo Sacro peracto, et Venerabili exposito, Celebrans intonat Hymnum Te Deum, p. 253 vel 256, quem Moniales alternatim prosequuntur. Post ¶¶. Benedicámus, etc., p. 298, Orationes et Benedicámus Dómino, p. 283, cantatur Tantum ergo, et datur Benedictio cum Sanctissimo.*

# Vestitio et professio in III. Ordine regulari.

---

## CAPUT III.

### Vestitio et professio in III. Ordine regulari.

#### Articulus I. — Vestitio.\*

##### § 1. IN CONGREGATIONE VIRORUM.

*Omnia ut supra, p. 276; sed loco Ordinis Seraphici dicitur tertii Ordinis sancti Francisci, ut ibidem notatur.*

##### § 2. IN CONGREGATIONE SORORUM.

1. *Missa conventuali peracta, Celebrans sedens in scabello Candidatas interroget :*

Filiae caríssimae (Fília caríssima), quae est petítio vestra (tua)?

*Candidatae simul respondent :\**

Reverénde Pater, — rogo te propter amórem Dei, — beatíssimae Virginis Maríae, — sancti Patris nostri Francisci — et ómnium Sanctórum, — quátenus me ad hábitum tértii Ordinis sancti Francisci in Congregatióne N. N. [professiónem votórum simplíciúm et temporariórum in Congregatióne nostra; *vel* vota perpétua in Congregatióne nostra emitténda] admíttere dignérís : — ad agéndam poeniténtiam, — emendándam vitam meam — et Deo fidéliter usque ad mortem serviéndum.

*Post sermonem Candidatas iterum interroget :*

Vultis, Filiae caríssimae (Visne, Fília caríssima), in sanctae virginitatis propósito perseveráre?

*Et Candidatae respondent :*

Volo.

\* *Pro Vestitione ac Professione simplici et solemini Monialium votorum solemnum cum clausura Papali, omnia ut in II. Ordine, p. 293 ss., cum mutatione in formula petitionis, ut sequitur :*

Reverénde Pater, — rogo te propter amórem Dei, — beatíssimae Vírginis Maríae, — sancti Patris nostri Francisci, — Patrónae nostrae sanctae Elísabeth, et ómnium Sanctórum, — quátenus me ad hábitum tértii Ordinis Seraphici [professiónem votórum simplíciúm (solémnium) in Ordine nostro] admíttere dignérís : — ad agéndam poeniténtiam, — emendándam vitam meam — et Deo fidéliter usque ad mortem serviéndum.

## Vestitio et professio in III. Ordine regulari.

Tunc Celebrans dicit :

¶. Salvas (salvam) fac ancillas tuas (ancíllam tuam).

R. Deus meus, sperantes (sperántem) in te.

¶. Dómine exáudi. Dóminus vobíscum.

2. Post vestimentorum benedictionem Celebrans intonat Hymnum Veni Creador, p. 276, quem Sorores, genuflexae usque ad finem, prosequuntur. Post Orationem sequitur vestitio.

Omnium vestitione peracta, Celebrans cantat ¶. Salvas fac, p. 296; dum datur pax, cantatur Ps. 15. Consérvata, p. 278, et deinde ¶. Confirma, etc., p. 296.

### Articulus II. — Professio.

#### § 1. IN CONGREGATIONE VIORUM.

Omnia ut supra, p. 279.

#### § 2. IN CONGREGATIONE SORORUM.

##### I. Professio temporaria :

1. Quando, Missa finita, Celebrans in scabello sederit, Sorores decantant R. Veni electa, p. 296. Ad petitionem respondent : Reverende Pater... ad professiónem votórum simplicium et temporariórum in Congregatióne nostra..., ut notatur p. 304.

Cetera omnia ut apud II. Ordinem, p. 297.

##### II. Professio perpetua.

1. Ante Missam, Celebrante in scabello sedente, Sorores decantant Ant. Prudéntes Vírgines, p. 299. Ad petitionem respondent : Reverende Pater... ad vota perpétua in Congregatióne nostra emit-tenda..., ut notatur p. 304.

Post exhortationem Celebrans intonat Hymnum Veni Creador, p. 276, quem Sorores genuflexae usque ad finem, prosequuntur.

2. Tunc Missam inchoat usque ad (secundum) Allelúia, Tractum vel Sequentiam exclusive; dein iterum ad Professuras conversus, eas interrogat :

Vultis... perpétuo desponsári?

Sorores respondent :

Volo, et toto corde desídiero.

Celebrans :

Vultis... Instituti vestri Constitutiōnes?

## Vestitio et professio in III. Ordine saeculari.

*Sorores :*

Volo, adiuvánte Dei grátia.

*Celebrans :*

Vultis... et animárum salúte?

*Sorores :*

Volo, adiuvánte Dei grátia.

3. *Post professionem cantatur Resp. Regnum mundi*, p. 301; *post impositionem anuli et coronaे datur pax; interea cantatur ps. 83. Quam dilécta*, p. 302 *cum ¶. Confírma, etc.*, p. 303.

*Finita Missa et Sanctissimo exposito, cantatur Te Deum*, p. 253 *vel* 256, *cum ¶¶. Benedicámus, etc.*, p. 298; *Benedicámus Dómino et Tantum ergo.*



## CAPUT IV.

### Vestitio et professio in III. Ordine saeculari.

#### Articulus I. — Vestitio.

*Post petitionem Candidati, Sacerdos benedicit indumenta. Deinde recitatur vel cantatur Hymnus Veni Crátor*, p. 276, *alternatim cum adstantibus. Postea fit vestitio, qua peracta Sacerdos (vel cantores) intonat :*

I.  
L AUDÁTE Dóminum Omnes GEN-tes : \* laudá-te  
e- um omnes POpu-li.

2. *Quóniam confirmáta est super nos misericordia Eius, \* et véritas Dómini manet in aeternum.*

3. *Glória Patri, et Filio, \* et Spirítui Sancto,*

4. *Sicut erat in princípio, et NUNC, et SEMper, \* et in saecula saeculorum. Amen.*

¶. *Confírma hoc Deus, quod operátus es in nobis.*

Ry. *A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem.*

## Litaniae Omnitum Sanctorum.

V. Salvos fac servos tuos. [Salvum fac servum tuum; Salvias (-m) fac famulas (-m) tuas (-m)].

R. Deus meus sperantes (sperantem) in te.

V. Mitte eis (ei), Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuere eos (eum; eas; eam).

V. Nihil proficiat inimicus in eis (eo; ea).

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis (ei).

V. Dómine exaudi. Dóminus vobiscum.

*Post Orationes cantatur Benedicamus Dómino. p. 283.*

### Articulus II. — Professio.

*Sacerdos intonat Veni Crátor, p. 276; post Professionem cantatur Te Deum, p. 253 ss., ac interim datur pax (Pax tecum. R. Et cum spíitu tuo). Hymno cantato, dicuntur V. Confirma hoc, etc. ut supra, 306.*

## CAPUT V.

### Functiones statis diebus peragendae.

#### Articulus I. — Litaniae Omnitum Sanctorum in Rogationibus.

1. *Antiphonam Exsúrge Cantores incipiunt, et Fratres stando decantant; genuflectunt, facie ad invicem conversa, a Kýrie eléison usque ad Sancta María inclusive; in choro reversi genuflectunt ut ante Processionem.*


2. *Repetita Antiphona, duo Cantores ante altare maius genuflexi Litanias cantare incipiunt, reliquis Religiosis singulos Versus integre repetentibus.*

Ant.

2.


E

XSÚRGE Dómi-ne, \* ádiu-va nos, et lí-be-ra nos,



propter nomen tu- um. Ps. De-us áuri-bus nostris audí-vi-

# Litaniae Omnium Sanctorum.



mus : \* patres nostri annunti- a-vé-runt no-bis. Gló- ri- a




Patri. E u o u a e. Repetitur : Exsúrge Dómine.

**K**

Y-RÍ- E e-lé- i-son. *ij.* Christe e-lé- i-son. *ij.* Ký-ri- e



e-lé- i-son. *ij.* Christe audi nos. *ij.* Christe exáudi nos. *ij.*




Pa- ter de cae- lis, DE- us, mi-se-ré-re no-bis.

Fi- li, Red- émptor mundi, DE- us, mi-se-ré-re no-bis.

Spí- ri- tus San-cte, DE- us, mi-se-ré-re no-bis.

Sancta Trí- ni- tas, unus DE- us, mi-se-ré-re no-bis.



Sancta MaRI- a, ora pro no-bis.  
o-rá-te pro no-bis.


Sancta Dei GENitrix,	ora.	Sancte PETre,	ora.
Sancta Virgo VIRginum,	ora.	Sancte PAUle,	ora.
Sancte MIChael,	ora.	Sancte AnDREa,	ora.
Sancte GABriel,	ora.	Sancte IaCObE,	ora.
Sancte RAphael,	ora.	Sancte IoANnes,	ora.
Omnis sancti Angeli et		Sancte THOma,	ora.
ArCHANGeli,	orá-te.	Sancte IaCObE,	ora.
Omnis sancti beatórum		Sancte PhiLIPpe,	ora.
Spirítuum ORDines,	orá-te.	Sancte BartholoMAEe,	ora.
Sancte Ioánnes BaPTIsta,	ora.	Sancte MATTHAEe,	ora.
Sancte IOseph,	ora.	Sancte SImon,	ora.
Omnis sancti Patriárchae		Sancte ThadDAEe,	ora.
et ProPHetae,	orá-te.	Sancte MatTHIA,	ora.

# Litaniae Omnim Sanctorum.

Sancte BARnaba,	ora.	Sancte BerNARde,	ora.
Sancte LUca,	ora.	Sancte Pater DoMINice,	ora.
Sancte MARce,	ora.	Sancte Pater noster Fran-	
Omnis sancti Apóstoli et EvangeListae,	oráte.	CIsce,	ora.
Omnis sancti Discípuli DОmini,	oráte.	Sancte Antóni de PAdua,	ora.
Omnis sancti InnoCENTes,	oráte.	Sancte BernarDIne,	ora.
Sancte STEphane,	ora.	Sancte Petre RegaLAte,	ora.
Sancte LauRENTi,	ora.	Sancte Ioánnes a Capi-	
Sancte VinCENTi,	ora.	STRAno,	ora.
Sancti Fabiáne et Seba-		Sancte DIdace,	ora.
stiAne,	oráte.	Sancte Iacóbe de MARchia,	ora.
Sancti Ioánnes et PAUle,	oráte.	Sancte Petre de AICANTara,	ora.
Sancti Cosma et DamiAne,	oráte.	Sancte SalVAtor,	ora.
Sancti Gervási et Pro-		Sancte FElix,	ora.
TAsi,	oráte.	Sancte BeneDIcte,	ora.
Sancti Berárde sociique Protomártires MiNO-		Sancte PaSCHALis,	ora.
rum,	oráte.	Sancte SerAPHIne,	ora.
Sancti Dániel sociique Mártires SepTENses,	oráte.	Sancte Francísce SolANE,	ora.
Sancti Nicoláe sociique Mártires GorcomiEN-		Sancte Ioseph a LeonISsa,	ora.
ses,	oráte.	Sancte Laurénti a Brun-	
Sancti Petre-Baptista so-		DUSio,	ora.
cique Mártires Iapo-		Sancte Ioseph a CuperTIno,	ora.
nIENses,	oráte.	Sancte PaCIfice,	ora.
Sancte FiDElis,	ora.	Sancte Ioánnes-Iosepb,	ora.
Omnis sancti MARTyres,	oráte.	Sancte TheOphile,	ora.
Sancte SilVEster,	ora.	Sancte LeoNARde,	ora.
Sancte GreGOri,	ora.	Sancte Conráde a PARZ-	
Sancte AmBROsi,	ora.	ham,	ora.
Sancte AuguSTIne,	ora.	Sancte FerdiNANde,	ora.
Sancte HieRONyme,	ora.	Sancte LudoVIce,	ora.
Sancte BonavenTURA,	ora.	Sancte Ivo,	ora.
Sancte MarTIne,	ora.	Sancte ElzeAri,	ora.
Sancte NicoLAE,	ora.	Sancte ROche,	ora.
Sancte BenveNUte,	ora.	Sancte Conrádea PlACENTia,	ora.
Sancte LudoVIce,	ora.	Sancte Ioseph-BeneDIcte,	ora.
Omnis sancti Pontífices et ConfesSOres,	oráte.	Sancte Ioánnes-MaRIA,	ora.
Omnis sancti DoCTOres,	oráte.	Sancte Ioseph CaFASso,	ora.
Sancte AntONi,	ora.	Omnis sancti Sacerdótes	
Sancte BeneDIcte,	ora.	et LeVItae,	oráte.
		Omnis sancti Mónachi et	
		EreMITae,	oráte.
		Sancta María MagdaLEna,	ora.
		Sancta Agatha,	ora.
		Sancta LÚcia,	ora.
		Sancta Agnes,	ora.

## Litaniae OmniaM Sanctorum.


Sancta CaeCilia,	ora.	Sancta María-FranCIsca,	ora.
Sancta CathaRIna,	ora.	Sancta AnaSTAAsia,	ora.
Sancta CLAra,	ora.	Sancta Elísabeth HunGA-	
Sancta Agnes AssisiENSis,	ora.	riae,	ora.
Sancta CoLEta,	ora.	Sancta Elísabeth Portu-	
Sancta Catharína de Bo-		GALLiae,	ora.
NOnia,	ora.	Sancta BirGITta,	ora.
Sancta VeRONica,	ora.	Sancta Margaríta de Cor-	
Sancta Rosa de ViTERbio,	ora.	TOna,	ora.
Sancta ANgela,	ora.	Omnes sanctae Vírgenes	
Sancta HyaCINtha,	ora.	et VIduae,	oráte.



Omnis Sancti et Sanctae trium

Ordinum sancti Patris nostri FranCisci, intercé-di-te pro nobis.

Omnis sancti et Sanctae DE- i, intercé-di-te pro nobis.



Propí- ti- us E- sto, parce no- bis Dómi-ne.

Propí- ti- us E- sto, ex-áu-di nos Dómi-ne.

Ab o- mni MA- lo, lí- be-ra nos Dómi-ne.

Ab o- mni pec- CA- to, lí- be-ra nos Dómi-ne.

Ab i- ra TU- a, lí- be-ra nos Dómi-ne.

A subitánea et im- pro vi- sa MOR- te, lí- be-ra nos Dómi-ne.

Ab insídi- is di- A- bo-li, lí- be-ra nos Dómi-ne.

Ab ira, et ódio, et omni mala vo- lun- TA- te, lí- be-ra nos Dómi-ne.

A spíritu forni- ca- ti- O- nis, lí- be-ra nos Dómi-ne.

A fúlgure et tem-pe- STA- te, lí- be-ra nos Dómi-ne.

A flagélio ter- rae- MO- tus, lí- be-ra nos Dómi-ne.

A peste, fa- me et BEL- lo, lí- be-ra nos Dómi-ne.

A mor- te per- PE- tu-a, lí- be-ra nos Dómi-ne.


Per mystérium san- ctæ incarnati- ó- nis TU- ae, lí- be-ra nos Dómi-ne.

Per ad- vén- tum TU- um, lí- be-ra nos Dómi-ne.

Per nativi- tát- em TU- am, lí- be-ra nos Dómi-ne.

Per baptísmum et sanctum ieíu- ni- um TU- um, lí- be-ra nos Dómi-ne.

# Litaniae Omnia Sanctorum.



Per crucem et pas-  
 si- ó- nem TU- am, lí-be-ra nos Dómi-ne.  
 Per mortem et se-  
 pul- tú- ram TU- am, lí-be-ra nos Dómi-ne.  
 Per sanctam re-  
 surrecti- ó- nem TU- am, lí-be-ra nos Dómi-ne.  
 Per admirábilem  
 ascensi- ó- nem TU- am, lí-be-ra nos Dómi-ne.  
 Per advéntum Spí-  
 ritus San- cti Pa- RA- cli-ti, lí-be-ra nos Dómi-ne.  
 In di- e iu- DI- ci- i, lí-be-ra nos Dómi-ne.



Pec- ca- TO- res, te rogámus audi nos.  
 Ut no- bis PAR- cas, te rogámus audi nos.  
 Ut nobis in- DULge-as, te rogámus audi nos.  
 Ut ad veram poenitentiam  
 nos perdúcere di- GNE- ris, te rogámus audi nos.  
 Ut Ecclésiam tuam san-  
 ctam ' régere et con-  
 serváre di- GNE- ris, te rogámus audi nos.  
 Ut Domnum Apostólicum  
 et omnes ecclesiásticos  
 órdines ' in sancta re-  
 ligióne conserváre di- GNE- ris, te rogámus audi nos.  
 Ut inimícos sanctae Ec-  
 clésiae ' humiliare di- GNE- ris, te rogámus audi nos.  
 Ut régibus et príncipibus  
 christiánis ' pacem et  
 veram concórdiam do-  
 náre di- GNE- ris, te rogámus audi nos.  
 Ut cuncto pôpulo chri-  
 stiâno ' pacem et uni-  
 tatem largíri di- GNE- ris, te rogámus audi nos.  
 Ut omnes errántes ad uni-  
 tatem Ecclésiae revo-  
 cáre, ' et infidéles uni-  
 vérsos ad Evangélîi lu-  
 men perdúcere di- GNE- ris, te rogámus audi nos.


## Litaniae Omnium Sanctorum.




Ut nos metípsos in tuo san-  
cto servítio ' confortáre  
et conserváre *dī-* GNE- ris, te rogámus audi nos.  
Ut mentes nostras ' ad  
caeléstia desidéri- *a* E- ri-gas, te rogámus audi nos.  
Ut ómnibus benefactóri-  
bus nostris ' sempitér-  
na bona *re-* TRI-bu-as, te rogámus audi nos.  
Ut ánimas nostras, ' fra-  
trum, propinquórum et  
benefactórum nostró-  
rum, ' ab aetérrna da-  
mnatione *e-* RI- pi-as, te rogámus audi nos.  
Ut fructus terrae ' dare  
et conserváre *di-* GNE- ris, te rogámus audi nos.  
Ut ómnibus fidélibus de-  
fúnctis ' réquiem aetér-  
nam donáre *di-* GNE- ris, te rogámus audi nos.  
Ut nos exaudíre *di-* GNE- ris, te rogámus audi nos.  
Fi- *li* DE- i, te rogámus audi nos.



Agnus De- i, qui tol-lis peccá- ta mundi, 1. parce no- bis,  
2. exáu-di nos,  
3. mi-se- ré- re




1. Dómi-ne.
2. Dómi-ne.
3. no-bis.




Christe, audi nos. Christe, ex-áudi nos. Ký-ri- e, e-lé- i-son.


# Litaniae Omnium Sanctorum.



Christe, e-lé- i-son. Ký-ri- e, e- lé- i-son.



Pa-ter noster. *secreto.* ¶ Et ne nos indúcas in tenta-ti- ónem.



R. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.


## Psalmus 69.

*Cantores*

**D**

E-US in adiu-tó-ri- um me- um *inTENde* : \*

*Chorus*



Dómine ad adiuvándum me feSTIna.

*Cantores* : 2. Confundántur et revereANtur, \* qui quae-runt ánimam M Eam.

*Chorus* : 3. Avertántur retrórsum, et eruBEscant, \* qui volunt mihi M Ala.

4. Avertántur statim erubeSCENtes, \* qui dicunt mihi : Euge, Euge.

5. Exsúltent et laeténtur in te *omnes qui QUA*Erunt te : \* et dicant semper : Magnificétur Dóminus : qui dili-gunt salutáre TUum.

6. Ego vero egénus et PAUper sum : \* Deus ádiuVA me.


7. Adiútor meus et liberátor *meus ES* tu : \* Dómine ne moREris.

## Litaniae Omnia Sanctorum.

8. Glória Patri, et Filiō, \* et Spirítui SANcto.

9. Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in saécula saeculórum. Amen.

Cantores :



V. Salvos fac servos TU- os.  
R. Deus meus sperántes IN te.

V. Esto nobis Dómine turris fortíTUDinis.

R. A fácie iniMIci.

V. Nihil proficiat inimícus in NObis.

R. Et fílius iniquitatis non appónat nocére NObis.

V. Dómine non secúndum peccáta nostra fáciás NObis.

R. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas NObis.

V. Orémus pro Pontífice nostro N.

R. Dóminus consérvet eum, et vivíscet eum, † et beátum fáciat eum in terra, \* et non tradat eum in ánimam inimicórum Eius.

V. Orémus pro benefactóribus NOstris.

R. Retribúere dignáre, Dómine, † ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum \* vitam aetérnam. Amen.

V. Orémus pro fidélibus deFUNctis.

R. Réquiem aetérnam dona eis, Dómine : \* et lux perpétua lúceat Eis.

V. Requiéscant in PAce. R. Amen.

V. Pro frátribus nostris abSENTibus.

R. Salvos fac servos tuos, \* Deus meus, sperántes IN te.

V. Mitte eis, Dómine, auxílium de SANcto.

R. Et de Sion tuére Eos.

V. Dómine exáudi. *Celebrans assurgens cantat* : Dóminus vobíscum.

Orémus.

**D**EUS, cui próprium est miseréri semper et párcere : † súscipe deprecationem nostram; ut nos et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, \* miserátio tuæ pietatis cleménter absolvat.

**E**XÁUDI, quaésumus Dómine, súpplicum preces, † et confitén-tium tibi parce peccátis; \* ut páriter nobis indulgentiam tríbuas benígnus et pacem.

## Litaniae Omnim Sanctorum.

**I**NEFFÁBILEM nobis, Dómine, misericordiam tuam cleménter osténde : † ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas; \* et a poenis, quas pro his merémur, erípias.

**D**EUS, qui culpa offénderis, poenitentia placáris : † preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; \* et flagélla tuae iracundiæ, quae pro peccátis nostris merémur, avérte.

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro N., † et dírige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis aetérnae : \* ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtute perficiat.

**D**EUS, a quo sancta desidéria, recta consília, et iusta sunt ópera : † da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; \* ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium sublata formídine, témpora sint tua protectióne tranquilla.

**U**RE igne Sancti Spíritus renes nostros, et cor nostrum, Dómine : † ut tibi casto córpore serviámus, \* et mundo corde placeámus.

**F**IDÉLIUM, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, \* piis supplicatióibus consequántur.

**A**CTIÓNES nostras, quaésumus Dómine, aspirándo praéveni, et adiuvándo proséquere : † ut cuncta nostra orálio et operálio a te semper incípiat, \* et per te copta finiátur.

**O**MNÍPOTENS, sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse praenóscis : † te súpplices exorámus : ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel praesens saéculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum iam exútus córpore suscépit, \* intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietatis tuae cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum : † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, \* per ómnia saécula saeculórum.

R/. Amen.


V/. Dóminus vobíscum.

R/. Et cum spíritu tuo.

## Processio ante Capitulum Generale.





V. Exáudi- at nos omní-pot-ens et mi-sé-ri-cors Dóminus.




R<sup>g</sup>. Amen. V. Et si-dé-li- um ánimae per misericórdiam Dei requiéscant in pace. R<sup>g</sup>. Amen.

### Articulus II. — Processio ante Capitulum Generale.

1. *Ab Ascensione Domini usque ad Vigiliam Pentecostes singulis diebus festis fit Processio et cantantur Ordinis Litaniae, modo simplici. Ante Processionem vero cantatur, Cantoribus intonantibus, sequens Antiphona :*



mus, Dómi-ne, nos u-bique ád- iuvent : ut dum e- ó-rum



mé-ri-ta re-có- li-mus, patro-cí-ni- a senti- ámus, et pacem



tu- am nostris concé-de tempó- ri-bus, et ab Ecclé- si- a



tu- a cunctam re-pélle nequí-ti- am. Ký-ri- e e-lé- i-son, etc.

p. 308.

## Processio ante Capitulum Generale.

*Post vero Litanias, dicto Pater noster, Cantores intonant Ps. 131.  
Meménto, ceteris alternatim respondentibus.*

*Cantores*                           *Chorus*

6.

**M** EMÉNTO Dómine DA- vid, \* et omnis mansu- e-  
túdinis E- ius.

*Cantores* : 2. Sicut iurávit DÓmino, \* votum vovit *Deo* IAacob :

*Chorus* : 3. Si introíero in tabernáculum domus MEae, \* si ascéndero in lectum strati MEi :

4. Si dédero somnum óculis MEis, \* et pálpebris meis dormitatiOnem :

5. Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam locum DÓmino, \* tabernáculum *Deo* IAacob.

6. Ecce audívimus eam *in* Ephrata : \* invénimus eam in campis SILvae.

7. Introíbimus in tabernáculum Eius : \* adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes Eius.

8. Surge, Dómine, in réquiem TUam, \* tu et arca sanctificatiónis TUae.

9. Sacerdótes tui induántur iUSTItiam : \* et sancti tui exSULTent.

10 Propter David, servum TUum, \* non avértas faciem Christi TUi.

11. Iurávit Dóminus David veritátem, et non frustrábitur Eam : \* de fructu ventris tui ponam super sedem TUam.

12. Si custodíerint filii tui testaméntum MEum, \* et testimónia mea haec, quae docébo Eos :

13. Et filii eórum usque *in* SAEculum, \* sedébunt super sedem TUam.

## Processio ante Capitulum Generale.

14. Quóniam élégít Dóminus Sion : \* élégít eam in habitatióne Sibi.

15. Haec réquies mea in saéculum SA Eculi : \* hic habi-tábo quóniam élégi Eam.

16. Víduam eius benedícens beneDIcam : \* páuperes eius saturábo PAnibus.

17. Sacerdótes eius índuam saluTARI : \* et sancti eius exsultatióne exsuTABunt.

18. Illuc prodúciam cornu DAvid, \* parávi lucérnam Christo MEO.

19. Inimícos eius índuam confusiOne : \* super ipsum autem efflorébit sanctificátio MEa.

20. Glória Patri, et Filio, \* et Spirítui SANcto.

21. Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in saécula saeculórum. Amen.

*Postea Cantores cantant §§. sequentes :*

V. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.

R. Et renovábis fáciem terrae.

V. In Conceptióne tua, Virgo, immaculáta fuísti.

R. Ora pro nobis Patrem, cuius Fílium peperísti.

V. Signásti Dómine servum tuum Francíscum.

R. Signis redemptiónis nostraræ.

V. Exáudi Dómine súpplicum preces.

R. Et confítentium tibi parce peccátis.

V. Réspice Dómine ad humilitátem nostram.

R. Et non déseras nos in témpore tribulatiónis.

V. Gregem tuum, Pastor aetérne, non déseras.

R. Sed per beátos Apóstolos tuos \* contínua protectiόne custó-dias.

V. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

V. Orémus pro Pontífice nostro N.

R. Dóminus consérvet eum, et vivíscet eum, † et beátum fáciat eum in terra, \* et non tradat eum in ánimam inimicórum eius.


V. Fiat pax in virtúte tua.

R. Et abundántia in túrribus tuis.

V. Dómine exáudi. *Celebrans dicit* : Dóminus vobíscum.

## Renovatio expiationis erga SS. Cor Iesu.

*Post Orationes cantatur :*



V. Exáudi- at nos omní-pot-ens et  
mi-sé-ri- cors Dóminus.

Ry. Et custódiat nos semper. A- men. V. Fidélium, etc.

### Art. III. — Annua renovatio expiationis erga SS. Cor Iesu.

1. *Post Missam solemnem, exposito SS. Sacramento, Fratres omnes, candelas ardentes gestantes, circa altare genuflexi, Hymnum Veni Creador, p. 276, decantant. Post Orationem Actiones nostras Celebrans facit consecrationem et reparationem erga SS. Cor :*

O Cor divínum, o Cor infinítia adoratióne et infinítio amóre dignissimum, o Cor Iesu vulnerátum et sanguine éffluens, ecce ego Tibi comméndo, Tibi ádligo, in Te depóno una mecum univérsam hanc Communitátem meam (*vel* : Provínciam meam) totámque famíliam Seráphicam sub vexílo sancti Patris nostri Francíscii militántem. Tu eam Sanguine tuo puriórem éffice, Tu eam amóre tuo magis inflámma, Tu in ea signum Crucis tuae indebíliter sculpe, ut semper et ubique et in ómnibus vocatióne sua sancta dignam se osténdat, dignam suo Patre stigmata gestante, dignam seráphico suo Doctóre S. Bonaventúra, dignam vulneráto Corde tuo, cui eam sacrávi, Iesu mi crucifíxe. Hoc a Te eníxe precor per mérita transfixi Cordis sanctíssimae Virginis Matris nostrae et tuae, Maríae, et per intercessiónem ómnium Sanctórum, qui in terris tuum adorábile Cor máxima devotióne sunt prosecúti.

*Et omnes respondent : Amen.*

2. *Deinde, incipiente Celebrante, omnes simul clara voce prosequuntur :*

Iesu dulcissime, \* cuius effusa in hómines cáritas, — tanta oblivíone, negligéntia, contemptiόne, ingratíssime repénditur, — en nos, ante altária tua provolúti, — tam nefáriam hóminum socórdiam — iniuriásque, quibus úndique amantíssimum Cor tuum afficitur, — peculiári honóre resarcíre conténdimus. —

Attamen, mémores tantae nos quoque indignitatis — non expértes aliquando fuísse, — índeque vehementíssimo dolore commóti, — tuam in primis misericórdiam nobis implorámus, — parátis, voluntária expiatióne compensáre flagítia — non modo quae ipsi patrávimus, — sed étiam illórum, qui, longe a salútis

## Rénovatio expiationis erga SS. Cor Iesu.

via aberrantes, — vel te pastorem ducemque sectari detrectant, — in sua infidelitate obstinati, — vel, baptismatis promissa conciliantes, — suavissimum tuae legis iugum excussérunt. —

Quae deploranda crímina, cum univerasa expiare conténdimus, — tum nobis singula resarcienda propónimus : — vitae cultusque immodestiam atque turpitudines, — tot corruptelae pédicas innocentium animis instrúctas, — dies festos violatos, — exsecranda in Te tuosque Santos iactata maledicta — atque in tuum Vicarium ordinemque sacerdotalem convicia irrogata, — ipsum dénius amoris divini Sacramentum — vel neglécitum vel horréndis sacrilegiis profanatum, — publica postrémō nationum delicta, — quae Ecclesiae a Te instituta iuribus magisterioque reluctantur. —

Quae útinam crímina sanguine ipsi nostro eluere possémus! — Interea ad violatum divinum honorem resarcendum, — quam Tu olim Patri in cruce satisfacióne obtulisti — quamque quotidie in altáribus renovare pergis, — hanc eamdem nos tibi praestamus, — cum Virginis Matris, omnium Sanctorum, — piórum quoque fidélium expiacionibus coniunctam, — ex animo spondentes, — cum præterita nostra aliorumque peccata ac tanti amoris incúriam — firma fide, candidis vitae móribus, — perfecta legis evangélica, — caritatis potissimum, observantia, — quantum in nobis erit, grátia tua favente, nos esse compensaturos, — tum iniúrias tibi inferendas pro víribus prohibituros, — et quam plúrimos potuerimus ad tui sequelam convocaturos. — Excipias quaesumus, benignissime Iesu, — beata Virgine María Reparatrix intercedente, — voluntarium huius expiacionis obséquium — nosque in officio tuique servitio fidissimos ad mortem usque velis, — magno illo perseverantiae múnere, continere, — ut ad illam tandem pátriam perveniamus omnes, — ubi Tu cum Patre et Spíitu Sancto vivis et regnas — Deus in saecula saeculorum. — Amen.

*Idem lingua Neerlandica :*

O goddelijk Hart, o Hart, oneindige aanbidding en oneindige liefde overwaardig, o gewond en bloedend Hart van Jesus, zie, ik beveel U aan, ik wijd U toe, ik schenk aan U mijzelf en mijn gehele communité (provincie) en de gehele seraphijnse Familie, die strijdt onder de banier van onze heilige Vader Franciscus. Maak haar zuiverder door uw Bloed, ontvlam haar steeds meer door uw liefde, prent onuitwisbaar in haar het teken van uw Kruis. Moge zij zich daardoor altijd en overal in alles haar heilige roeping waardig tonen, haar Vader die de wondertekenen draagt, haar seraphijnse Leraar, de heilige Bonaventura, en tenslotte ook uw gewond Hart, mijn gekruiste Jesus, waaraan ik haar heb toege-

## Renovatio expiationis erga SS. Cor Iesu.

wijd. Ik vraag U dit dringend om de verdiensten van het doorboerde Hart van de allerheiligste Maagd Maria, onze en uw Moeder, en door de voorspraak van alle Heiligen, die op aarde uw aanbiddelijk Hart met de grootste godsvrucht vereerd hebben.

*Allen antwoorden : Amen, en bidden dan hardop, samen met de celebrant :*

Allerzoetste Jesus, \* uw onmetelijke liefde tot de mensen — wordt met zo grote onverschilligheid, onachtzaamheid en minachting — op de meest ondankbare wijze beantwoord.

Zie ons neergeknield voor uw altaar; — wij willen de zondige nalatigheid van de mensen — en de smaad, die uw allerbeminlijkst Hart overal wordt aangedaan, — naar best vermogen herstellen door een bijzondere eerbetuiging.

Wij zijn echter indachtig, — dat ook wij ons aan zulk een onwaardige bejegening wel eens hebben schuldig gemaakt. Wij gevoelen daarover het diepste berouw — en roepen uw barmhartigheid af op de eerste plaats over onszelf. Wij willen door vrijwillige boete niet alleen onze eigen slechte daden goedmaken, — maar ook de slechte daden van hen, die ver zijn afgedwaald van de weg ter zaligheid, — die volharden in hun ontrouw en weigeren, U als Herder en Leidsman te volgen, — of die hun doopbeloften met voeten treden — en het zoete juk van uw geboden hebben afgeworpen. Wij willen eerherstel geven voor deze betreurenswaardige misdrijven, — zowel voor alle gezamenlijk — als voor de misdaden van ieder van ons in het bijzonder : — voor de tuchteloosheid en schandelijkheid van leven en levensopvatting; — voor zoveel arglistigheid, waarmede men de zielen van onschuldigen belaagt; — voor het schenden van de feestdagen; — voor de verfoeilijke verwensingen tegen U en uw Heiligen; — voor het belasteren van uw Plaatsbekleder op aarde en van de priesterlijke stand; — voor de onverschilligheid en de afschuweijke heiligschenissen — ten opzichte van het Sacrament van de goddelijke liefde; — en eindelijk voor de openbare misdrijven van de volken, — die zich verzetten tegen de rechten en het leergezag van de Kerk, die Gij hebt gesticht.

Konden wij met ons bloed al deze misdrijven uitwissen! — Intussen bieden wij U, tot herstel van de geschonden goddelijke eer, — de voldoening aan, die Gij eens op het kruis aan den Vader hebt gebracht — en die Gij op onze altaren dagelijks blijft hernieuwen. Wij verenigen ons daarbij met de voldoeningen van de Moedermaagd, — van alle Heiligen en van alle vrome Christenen. Wij beloven U van harte, eerherstel te geven — zowel voor

## Renovatio expiationis erga SS. Cor Iesu.

onze eigen vroegere zonden als voor die van anderen, — en voor de onverschilligheid ten opzichte van uw overgrote liefde. Dat zullen wij doen, voor zover het ons met de hulp van uw genade mogelijk is, — door een vast geloof, — door een reine levenswandel, — door nauwgezette naleving van de voorschriften van het Evangelie, — vooral van het gebod der liefde. Ook zullen wij de beledgingen, die men U nog zal willen aandoen, — naar best vermogen verhinderen — en zo vele mensen als ons mogelijk is tot uw dienst brengen.

Allergenadigste Jesus, — wij smeken U, aanvaard de hulde van onze vrijwillige voldoening — door de voorspraak van de heilige Maagd Maria, — die U het meeste eerherstel bracht. Schenk ons de grote genade van de eindvolharding, — zodat wij U tot onze dood volkomen getrouw blijven dienen. En geef, dat wij ten slotte mogen bereiken het vaderland, — waar Gij als God met den Vader en den Heiligen Geest — leeft en heerst in de eeuwen der eeuwen. — Amen.


*3. Qua peracta recitantur Litaniae SS. Cordis, p. 71; postque omnes assurgunt et cantant, Cantoribus incipientibus, Ant. Suscépit cum canto Magníficat.*

Ant.

3.

S

USCÉ- PIT nos Dómi-nus \* in si-num et cor su- um,



re-cordá-tus mi-se-ri-córdi-ae su-ae, alle- lú- ia.

Canticum B. Mariae Virginis. *Luc. 1, 46-55.*

*Chorus*

3. a 2

M

AGNI-FI-CAT ánima me- a DOminum: 2. Et ex-



sultávit SPI-ri-tus ME- us, \* in De- o sa-lutá-ri ME-o.

## **Renovatio expiationis erga SS. Cor Iesu.**

*Cantores* : 3. Quia respéxit humilitátem anCILLae SUae : \* ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiOnes.

4. Quia fecit mihi MAGna qui POTENS est : \* et sanctum *nomen* Eius.

5. Et misericórdia eius a progénie IN proGENIES \* timéntibus Eum.

6. Fecit poténtiam in BRAchio SUo : \* dispérsit supérbos mente *cordis* SUI.

7. Depósuit potENtes de SEde, \* et exaltávit HU-miles.

8. Esuriéntes imPLEvit BOnis : \* et dívites dimísit inAnes.

9. Suscépit Israël, PUerum SUum, \* recordátus misericórdiae SUae.

10. Sicut locútus est ad PAtres NOstros, \* Abraham, et sémini eius in SAcula.

11. Glória PAtri, et FILIo, \* et Spirítui SANcto.

12. Sicut erat in princípio, et NUNC, et SEMper, \* et in saécula saeculórum. Amen.

4. *Antiphona repetita* omnes iterum genuflectunt et *Cantores decantant* ¶¶. sequentes :

¶. Confírma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

¶. A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem.

¶. Meménto congregatiónis tuae.

¶. Quam possedísti ab início.

¶. Cor Iesu, flagrans amóre nostri.

¶. Inflámma cor nostrum amóre tui.

¶. Dómine exáudi. *Celebrans subdit* : Dóminus vobíscum.

5. *Post Orationes cantatur Tantum ergo et more solito datur Benedictio.*

---

# Memoria transitus B. P. N. Francisci.

## Articulus IV. — Memoria transitus B. P. N. Francisci.

1. In festo S. P. N. Francisci circa occasum solis, qua hora sanctus Pater evolavit in caelum, vel immediate post Vesperas, Fratres conveniunt ad Sacellum vel Altare ipsius S. Patris, et post thurificationem eius Reliquiae, Cantores incipiunt Ant. O sanctissima cum Ps. 141. Voce mea; cantari potest etiam Tono II, p. 176.

Ant.

6.

O

sanctissima á- ni-ma, \* in cu-ius tránsi-

tu cae-li ci- ves occúrrunt, Ange-ló- rum cho- rus exsúl-

tat, et glo-ri- ó- sa Trí-ni-tas inví- tat, di- cens : Ma-ne

no-bís- cum in ae-térnum.

Psalmus 141.

6. c

V

oce me-a ad Dóminum clama- vi : \* voce

me- a ad Dóminum depreCatus sum. Effúndo...

*Chorus* : 2. Effúndo in conspéctu eius oratióneM Eam, \* et tribulatióne meam ante iþsum proNUNTio.

*Cantores* : 3. In deficiéndo ex me spíritum MEum, \* et tu cognovísti sémitas M Eas.

## Memoria transitus B. P. N. Francisci.

4. In via hac, qua ambuLAbam, \* abscondérunt láqueum  
MIhi.

5. Considerábam ad déxteram, et viDEbam : \* et non  
erat qui cognósceRET me.

6. Périit fugā A me, \* et non est qui requírat ánimam  
MEam

7. Clamávi ad te, DOmine, \* dixi : Tu es spes mea,  
pórtio mea in terra viVEntium.

8. Inténde ad deprecationem MEam : \* quia humiliátus  
sum NImis.

9. Líbera me a persequéntiBUS me : \* quia confortáti  
sunt SUper me.

10. Educ de custódia ánimam meam , ad confiténdum nó  
mini TUo : \* me exspéctant iusti, , donec retríbuas MIhi.

11. Glória Patri, et Filio, \* et Spirítui SANcto.

12. Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in  
saécula saeculórum. Amen.

*Post Glória Patri repetitur Antiphona; mox genuflectitur ab omnibus, et recitantur quinque Pater, Ave et Glória.*

2. Postea omnes stant et cantant :

Ant.

The musical notation consists of four staves of Gregorian chant. The first staff begins with a large initial 'S'. The lyrics for the first staff are: AL-VE, sancte Pa-ter, \* pátri-ae lux, forma Mi-nórum. The second staff continues the melody. The third staff begins with 'Car-nis ab exsí-li-o duc nos ad re-' followed by a break in the music. The fourth staff concludes the antiphon with 'gna' at the end of the line.

# Renovatio consecrationis Christo Regi.

*Omnes genuflectunt et Cantores cantant :*



V. Franciscus pauper et húmi- lis cae-lum di-ves ingrédit  
tur.



R. Hymnis caelésti-bus ho-no- rá-tur.

*Post Orationem intonatur :*



R. De- o grá- ti- as.

*Cantari potest etiam alio modo, 283.*

## Articulus V. — Annua renovatio consecrationis Christo Regi ultima Dominica Octobris.

1. *Post Missam solemnem exponitur SS. Sacramentum, et Fratres omnes, candelas ardentes gestantes, circa altare genuflexi, Hymnum Veni Crátor, p. 276, decantant. Post Orationem, Celebrante incipiente, omnes cum eo prosequuntur :*

Iesu dulcissime, \* Redémptor humáni géneris, — respice nos ad altáre tuum humíllime provolútos. — Tui sumus, tui esse vólumus; — quo autem Tibi coniúncti firmius esse possimus, — en hódie Sacratíssimo Cordi Tuo — se quisque nostrum sponte dédicat. — Te quidem multi novére numquam; — Te, spretis mandátis tuis, multi repudiárunt. — Miserére utrórumque, benigníssime Iesu; — atque ad sanctum Cor tuum rape univérsos. — Rex esto,

## Renovatio consecrationis Christo Regi.

Dómine, — nec fidélium tantum qui nullo témpore discessére a Te, — sed étiam prodigórum filiórū qui Te reliquérint : — fac hos, ut domum patérnam cito répetant, — ne miséria et fame péreant. — Rex esto eórum, — quos aut opiniónum error decéptos habet, aut discórdia separátos, — eósque ad portum veritátis atque ad unitátem fídei révoca, — ut brevi fiat unum ovile et unus pastor. — Rex esto eórum ómnium, — qui in ténēbris idololatríæ aut Islamísmi adhuc versántur, — eósque in lumen regnúmque tuum vindicáre ne rénuas. — Réspice déniue misericórdiae óculis — illíus gentis filios, quae támdui pôpulus électus fuit; — et Sanguis, qui olim super eos invocátus est, — nunc in illos quoque, — redemptiónis vitaéque lavácerum, descéndat. — Largíre, Dómine, Ecclésiae tuae — secúram cum incolumítate libertátem; — largíre cunctis géntibus tranquillitatém órdinis : — pérfice ut ab utróque terrae vértice una résonet vox : — Sit laus divíno Cordi, — per quod nobis parta salus : — ipsi glória et honor in saécula. — Amen.

*Idem lingua Neeerlandica :*

Alleroetste Jesus, \* Verlosser van het mensdom, — zie op ons neer, — nu wij in alle ootmoed voor uw altaar zijn neergeknield. Wij behoren U toe en wij willen U ook toebehoren; — maar, om nog inniger met U verenigd te worden, — wijdt ieder van ons zich heden vrijwillig toe aan uw allerheiligst Hart.

Velen hebben U nooit gekend, — velen hebben uw geboden veracht en zich van U afgekeerd.

Allergoedertierenste Jesus, — heb medelijden met al deze mensen, en trek hen allen tot uw heilig Hart. Heer, wees Koning, — niet alleen over de getrouw'en, die zich nooit van U hebben verwijderd, — maar ook over de kinderen, — die, als de verloren zoon, U hebben verlaten. — Maak, dat ze spoedig terugkeren naar het vaderhuis — en dat ze niet omkomen van ellende en honger.

Wees Koning over hen, die door dwaling zijn misleid — of door scheuring zijn afgescheiden. Breng hen terug in de haven van de waarheid en tot de eenheid van het geloof, — opdat er weldra één kudde zal zijn en één herder.

Wees Koning — over allen, die nog ronddolen in de duisternis van het heidendom of de Islam, — en leid hen tot uw licht en uw rijk.

Sla uw barmhartige ogen op de kinderen van het volk, — dat zo lang uw uitverkoren volk is geweest. En moge het Bloed, dat weleer over hen is afgeroepen, ook nu over hen neerkomen, — maar dan als een doopsel van verlossing en van leven.

## Renovatio consecrationis Christo Regi.

Heer, geef aan uw Kerk ongestoorde vrede en vrijheid. Schenk aan alle volken rust en orde. Geef, dat over de gehele aarde eindelijk deze éne kreet weerklinke : — Eer aan het goddelijk Hart, dat ons het heil heeft gebracht! Aan dat Hart zij eer en lof in eeuwigheid! — Amen.

2. *Consecratione peracta recitantur Litaniae SS. Cordis, p. 71.*  
*Deinde assurgunt omnes et, Cantoribus incipientibus, decantant*  
*Ant. Dabit illi cum Canticō Magnificat.*

Ant.

I.

D

A-BIT il-li\* Dó-minus De-us se-dem David, patris

e-ius : et regná-bit in domo Ia-cob in ae-térnum, et re-

gni e-ius non e-rit si-nis, al-le-lú- ia.

Canticum B. Mariae Virginis. *Luc. 1. 46-55.*

Chorus

I. f

M

AGNI-FICAT \* ánima me-a DOminum: 2. Et exsul-

tá-vit spí- ri-tus ME-us, \* in De-o sa-lutári ME-o.

*Cantores :* 3. Quia respéxit humilitátem ancíllae SUae : \* ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiOnes.

## De Processione in Comm. Omnitum Fid. Defunct.

4. Quia fecit mihi magna qui POTENS est : \* et sanctum nomen Eius.

5. Et misericordia eius a progénie in proGENIES \* timéntibus Eum.

6. Fecit poténtiam in bráchio SUo : \* dispérsit supérbos mente cordis SUI.

7. Depósuit poténtes de SEde, \* et exaltávit HUMiles.

8. Esuriéntes implévit BONis : \* et dívites dimísit in ANes.

9. Suscépit Israël, púerum SUum, \* recordátus misericórdiae SUae.

10. Sicut locútus est ad Patres Nostros, \* Abraham, et sémini eius in SAECula.

11. Glória Patri, et FILIO, \* et Spiritui SANcto.

12. Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in saecula saeculórum. Amen.

3. *Antiphona repetita omnes iterum genuflectunt et sacri Ministri decantant* VV. sequentes :

V. Afférte Dómino, famíliae populórum :

R. Afférte Dómino glóriam et impérium.

V. Multiplicábitur eius impérium.

R. Et pacis non erit finis.

V. Dómine exáudi. *Celebrans subdit* : Dóminus vobíscum.

4. Post Orationem Omnipotens cantatur Tantum ergo et datur Benedictio.

## Articulus VI. — De Processione in die Commemorationis Omnitum Fidelium Defunctorum.

1. In Conventibus intra quorum ambitum et Ecclesiam olim cadavera Religiosorum et benefactorum religiosae sepulturae tradita fuerunt, hodie, ex antiqua Provinciae consuetudine, instituitur Processio, servatis tribus Stationibus distinctis, quarum prima est in Choro, secunda in domo Capitulari vel in Claustrō, tertia in navi Ecclesiae. In domo Capitulari, loco tumuli, ponitur super pavimentum pannus coloris nigri, et ad latus eius duae candelae accensae; sed pro tertia Absolutione in navi Ecclesiae collocatur ibidem per Sacristam tumulus, antea in Choro pro prima Absolutione positus.

# De Processione in Comm. Omnium Fid. Defunct.

2. *Finita itaque Missa, observentur ea, quae infra de Absolutione pro Defunctis dicuntur, p. 336, n. 6 (quin dicatur Non intres); et cantatur in Choro Responsorium : Subveníte, p. 335; aliaque fiunt, quae p. 338, n. 8 praescribuntur.*

3. *Postea, iunctis manibus, Sacerdos dicit : Pater noster.*

¶. *Et ne nos inducas in tentatióne. R. Sed líbera nos a malo.*

¶. *A porta íferi. R. Erue Dómine ánimas eórum.*

¶. *Requiéscant in pace. R. Amen.*

¶. *Dómine exáudi. Dóminus vobiscum.*

Orémus.

**D**EUS, cuius miseratióne ánimae Fidélium requiéscunt, † fámulis et famulábus tuis ómnibus, hic et ubíque in Christo quiescénibus, da propítius véniam peccatórum; \* ut a cunctis reáribus absolúti, tecum sine fine laeténtur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

4. *Deinde Celebrans, sinistra pectori admota, faciens signum Crucis super tumulum dicit :*

¶. *Réquiem aetérnam ♪ dona eis Dómine.*

R. *Et lux perpétua lúceat eis.*

*Deinde cantatur a Cantoribus : ¶. Requiéscant in pace. R. Amen.*

5. *Quo dicto, praecedit Subdiaconus cum Cruce, comitantibus Ceroferariis cum candelis accensis; subsequitur Communitas legendō Psalmum : Miserére [et De profundi], usque dum ad domum Capitularem pervenerit cum Officiante, Diacono et aliis duobus Acolythis; et fit ibidem, ut in Choro, Absolutio, cantando Responsorium :*

6.

N. E recordéris \* peccáta mea, Dómine, ne, \* Dum véneris iudicáre saéculum per ignem. V. Dírige,

## De Processione in Comm. Omnium Fid. Defunct.

Dó- mi-ne De- us me- us, in conspé-ctu tu- o vi- am  
me- am. \* Dum. V. Réqui- em aetér- nam do- na  
e- is Dómi- ne : et lux perpé-tu-a lú- ce- at e-  
is. \* Dum.

*Deinde cantatur more solito Kýrie eléison, etc., p. 338.*

*Post ultimum Kýrie eléison, Sacerdos dicit : Pater noster, et alios Versus, ut supra, p. 330 cum hac Oratione :*

Orémus.

**D**EUS, véniae largítor et humánae salútis amátor : † quaésumus cleméntiam tuam; ut nostrae Congregatiónis Fratres, propínquos et benefactóres, qui ex hoc saéculo transíerunt, \* beáta María semper Virgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen

*Deinde ut supra, n. 4.*

*6. Postea procedunt omnes ad Ecclesiam, legendo Ps. 122. Ad te levávi et Ps. 123. Nisi quia Dóminus.*

### Psalmus 122.

- A**D te levávi óculos meos, \* qui hábitas in caelis.  
2. Ecce sicut óculi servórum, \* in mánibus dominórum suórum.  
3. Sicut óculi ancíllae in mánibus dóminaе suaе : \* ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri.

## De Processione in Comm. Omnium Fid. Defunct.

4. Miserére nostri, Dómine, miserére nostri : \* quia multum repléti sumus despectióne :

5. Quia multum repléta est áнима nostra : \* opprórium abundántibus, et despéctio supérbis.

6. Requiem aetérnam.

### Psalmus 123.

**N**isi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israël : \* nisi quia Dóminus erat in nobis.

2. Cum exsúrgent hómines in nos, \* forte vivos deglutíssent nos :

3. Cum irascerétur furor eorum in nos \* fórsitan aqua absorbuísset nos.

4. Torréntem pertransívit áнима nostra : \* fórsitan pertransísset áнима nostra aquam intolerábilem.

5. Benedíctus Dóminus \* qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

6. Anima nostra sicut passer erépta est \* de láqueo vénantium.

7. Láqueus contrítus est, \* et nos liberáti sumus.

8. Adjutórium nostrum in nómine Dómini, \* qui fecit caelum et terram.

9. Requiem aetérnam.

*Cesset recitatio cum pervenerint ad navim Ecclesiae, in cuius medio erectus est tumulus, ut antea in Choro; et ibidem fit tercia Absolutio cum Responsorio Líbera me, Dómine, p. 337. Post ultimum Kýrie dicit Sacerdos Pater noster, et alios Versus, ut supra, cum hac Oratione :*

Orémus.

**F**IDÉLIUM Deus ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, \* piis supplicatióibus consequántur : Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. R<sup>g</sup>. Amen.

*Deinde ut supra, n. 4.*

*7. Non dicitur Animae eórum etc. sed post Requiéscant in pace responso a Choro Amen, Sacerdos cum Ministris aliisque, praecedente Cruce, vadit ad Sacristiam; neque dicitur Antiphona Si iniqüitátes, nec Psalmus De profundiis.*

# In exsequiis Fratrum.

## CAPUT VI.

### Functiones Variae.

#### Articulus I. In exsequiis Fratrum.

1. *Constituto tempore, quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, Religiosi in sacristia conveniunt, et distribuuntur cerei postea accendendi, et in delatione corporis ad Ecclesiam gestandi. Datis certis campanae signis iuxta loci consuetudinem, Superior Conventus, induitus super amictum et albam stola nigra ac etiam pluviali eiusdem coloris, una cum Religiosis, sed absque sacris Ministris, sub silentio ad locum se confert, ubi corpus Defuncti iacet, praecedentibus Acolythis superpelliceis indutis, quorum unus vas aquae benedictae cum aspersorio, alter vero medius inter duos Ceroferarios candelabra tenentes Crucem processionalem deferunt.*

2. *In loco competenti iuniores primo consistunt et seniores pergunt, ita ut digniores sint proprius ad cadaver. Superior autem ad pedes Defuncti consistens, cadaver aqua benedicta aspergit, nihil dicens; deinde alta voce, sed absque cantu inchoat Antiphonam Si iniquitátes.*

*Mox subiungit Psalmum 129. De profundis, quem alternatim cum Religiosis recitat.*

*Celebrans repetit Antiphonam totam :*

*Si iniquitátes observáveris, Dómine : Dómine quis sustinébit?*

3. *Deinde cadaver effertur; et omnes eodem ordine ad Ecclesiam procedunt quo venerant; Celebrans tamen praecedit feretrum lumenibus stipatum, atque gravi voce intonat Antiphonam :*

I. f



XSULTÁBUNT Dómino.

*Duo vero Cantores inchoant Ps. 50. Miserére, quem Religiosi alternatim cum ipsis prosequuntur :*

Cantores


Psalmus 50.



i. Mi-SERÉRE ME- i DE- us, \* secúndum magnam mi-

## In exsequiis Fratrum.

*Chorus*



se-ricórdi- am TU- am. Et secúndum...

2. Et secúndum multitúdinem miseratiOnum tuArum, \*  
dele iniquitátem MEam.

3. Amplius lava me ab iniquiTAtE MEa : \* et a pec-  
cátō *meo* MUNda me.

4. Quóniam iniquitátem meam Ego coGNosco : \* et  
peccátum meum contra *me est* SEMper.

5. Tibi soli peccávi, et malum COram te FEci : \* ut  
iustificérис in sermóNibus tuis, et vincas cum *iudiCari*s.

6. Ecce enim in iniquitátiBUS conCEptus sum : \* et  
in peccátis concépit me *mater* MEa.

7. Ecce enim veritátem DIleXisti : \* incérta et occúlta  
sapiéntiae tuae manifestásti MIhi.

8. Aspérges me hyssópo, ET munDAbor : \* lavábis  
me, et super nivem *dealB*Abor.

9. Audítui meo dabis gáudium ET laeTItiam : \* et  
exsultábunt ossa humiliAta.

10. Avérte fáciem tuam a pecCATis MEis : \* et omnes  
iniquitátes *meas* DEle.

11. Cor mundum crea IN me DEus : \* et spíritum  
rectum ínnova in viscéribus MEis.

12. Ne proiícias me a FAcie TUa : \* et spíritum san-  
ctum tuum ne áuferas A me.

13. Redde mihi laetíiam saluTAris TUi : \* et spíritu  
principáli confIRma me.

14. Docébo iníquos VIas TUas : \* et ímpii ad te conver-  
TENTur.

15. Libera me de sanguínibus Deus, Deus saLUTis  
MEae : \* et exsultábit lingua mea iustíiam TUam.

16. Dómine lábia MEa aPERies : \* et os meum annun-  
tiábit laudem TUam.

In exsequiis Fratrum.

17. Quóniam si voluisses sacrificium, deDISsem Utique : \* holocáustis non deleCTAberis.

18. Sacrificium Deo spíritus conTRIBuLATus : \* cor contrítum et humiliátum Deus non deSPICies.

19. Benígne fac Dómine in bona voluntáte TUa SION : \* ut aedificéntur muri IeRUsalem.

20. Tunc acceptábis sacrificium iustítiae, oblationes et HOloCAUsta : \* tunc impónent super altáre *tuum* VItulos.

21. RéquiEM aeTERnam \* dona *ei* DOmíne.

22. Et LUX perPEtua \* lúceat Ei.

*Ad ingressum Celebrantis in Ecclesiam cessat Psalmi cantus, Cantores dicunt Réquiem aetérnam, et repetitur Antiphona :*

Ant.

I.

E

XSULTÁBUNT Dómi-no ossa humi- li- á- ta.

4. Ecclesiam ingressi cantant Responsorium Subveníte, Magistro chori intonante :

Ant.

4.

S

UBVE-NÍ-TE \* Sancti De- i, occúr- ri-te

Ange- li Dómi- ni : \* Susci-pi- éntes á-nimam e-

ius : + Offe-rentes e- am in conspé- ctu Al- tís-

Cantores

si- mi. V. Suscí-pi- at te Christus, qui vo- cá-vit

In exsequiis Fratrum.

te; et in si-num Abrahae Ange-li de-dú- cant  
*Chorus*

te: \* Susci-pi- éntes á-nimam e- ius : + Offe-réntes e- am  
*Cantores*

in conspé- ctu Al- tíssi- mi. X. Réqui- em

aetérnam do-na e- i Dómi- ne : et lux perpé-tu- a  
*Chorus*

lú- ce- at e- i. + Offe-réntes e- am in con-  
 spé- ctu Al- tíssi- mi.

5. *Deposito feretro, cereis circa corpus accensis, statim, nisi quid impedit, dicatur Officium Defunctorum, ritu duplice, cum tribus Nocturnis, et Laudibus. In casu autem, quo post delationem cadaveris ad Ecclesiam, Officium Defunctorum ad aliam horam vel diem differri debeat, cantato Responsorio Subvenite, adduntur Kýrie eléison, p. 338, Pater noster et Oratio Absólve cum conclusione brevi.*

6. *Finita Missa omnes Religiosi cum candelis accensis stant circa feretrum, et Celebrans pluviali induitus se sistens ad pedes Defuncti, absolute cantat in tono feriali :*

**N**ON intres in iudícum cum servo tuo, Dómine, quia nullus apud te iustificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio. Non ergo eum, quaésumus, tua iudiciális

In exsequiis Fratrum.

sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei christiana commendat : sed gratia tua illi succurrente, mereatur evadere iudicium ultionis, qui dum viveret, insignitus est signaculo sanctae Trinitatis : Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

7. Deinde Magistro chori incipiente, Chorales cantant :

Resp.

I.

**L**Í-BE-RA me, Dó- mi-ne,\* de morte aetér- na, in

di- e il-la tremén- da : \* Quando cae-li mo- véndi

sunt et ter-ra, † Dum vé- ne- ris iu-di- cá-

Cantores

re saé- cu-lum per i- gnem. V. Tremens factus sum

ego et tí- me- o, dum discússi- o vé-ne- rit at-que

Chorus

ventú- ra i-ra.\* Quando cae-li mo- véndi sunt et ter-

Cantores

ra. V. Di- es il-la, di- es irae, ca-lami-tá-tis et mi-sé-ri- ae,

In exsequiis Fratrum.

*Chorus*

di- es magna et amá-ra val- de! † Dum vé-  
ne- ris iu-di- cá- re saé- cu-lum per i- gnem.

*Cantores*

¶. Réqui- em aetérnam dona e- is Dó-mi-ne : et lux perpé-  
*Chorus*  
tu- a lú-ce- at e- is. Lí-be- ra.

8. *Finito Responsorio, Magister chori cum primo choro cantat :*

*Et secundus chorus respondet :*  
Ký-ri- e e-lé- i-son. Christe e-lé- i-son.  
*Deinde omnes simul dicunt :*  
Ký-ri- e e- lé- i-son.


9. *Post Pater noster et Orationem corpus defertur ad sepulchrum eodem ordine et modo quo ad Ecclesiam delatum est; et dum portatur, Chorales cantant :*

*Ant.* I N pa-radí-sum \* de-dú-cant te Ange-li : in tu- o  
advéntu suscí-pi- ant te Márty-res, et perdúcant te in

## In exsequiis Fratrum.



*Si longior sit via, additur Ps. 129 De profundis.*



2. Fiant aures tuae intenDENTes, \* in vocem deprecatiÓNis MEae.

3. Si iniquitátes observáveris, DÓmine : \* DÓmine, quis sustiN Ebit?

4. Quia apud te propitiátiO est : \* et propter legem tuam sustínui te DÓmine.

5. Sustínuit ánima mea in verbo Eius : \* sperávit ánima mea in DÓmino.

6. A custódia matutína usque ad NOctem : \* speret Israél in DÓmino.

7. Quia apud DÓminum miseriCORDia : \* et copiosa apud eum reDEMptio.

8. Et ipse rédimet ISraél, \* ex ómnibus iniquitátiBUs Eius.

9. Réquiem aeTERnam \* dona ei, DÓmine.

10. Et lux perPETua \* lúceat Ei.


*Repetita Ant. In paradísum, subiungi possunt Ps. 50 Miserére, p. 333 vel alii psalmi ex Officio Defunctorum.*

## In exsequiis Fratrum.

10. Cum pervenerint ad sepulchrum, Celebrans statim intonat Antiphonam :

2.

E




-GO sum.

Cantores inchoant Canticum Benedictus, quod alternatim cum Choro decantant.

### Canticum Zachariae.


Luc. 1, 68-79.

Cantores



1. Benedictus Dominus Deus Isra- el : \* qui-a vi-si-távit

Chorus



et fe-cit red-empti- ónem plebis SU- ae. Et e-réxit...

2. Et eréxit cornu salútis NOBIS, \* in domo David púeri SUI.

3. Sicut locútus est per os sanCTOrum, \* qui a saéculo sunt prophetárum Eius :

4. Salútem ex inimícis NOstris, \* et de manu ómnium qui oDErunt nos :

5. Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus NOstris : \* et memorári testaménti sui SANcti.

6. Iusiurandum, quod iurávit ad Abraham patrem NOstrum, \* datúrum se NOBIS :

7. Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum libe-RAti, \* serviámus ILLi :

8. In sanctitáte et iustítia coram Ipso, \* ómnibus diébus NOstris.

9. Et tu puer, prophéta Altíssimi voCaberis : \* praeí-bis enim ante fáciem Domini, paráre vias Eius :

## In exsequiis Fratrum.

10. Ad dandam sciéntiam salútis plebi Eius, \* in remisiónem peccatórum eorum :

11 Per víscera misericórdiae Dei NOstri : \* in quibus visitávit nos, óriens *ex ALto* :

12. Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis SEdent : \* ad dirigéndos pedes nostros in viam PACis.

13. Réquiem aeTERnam \* dona ei DOmine.

14. Et lux perPETua \* lúceat Ei.

*Et repetitur ab omnibus Antiphona :*

E

-GO sum re-surrécti-o et vi-ta : qui cre-dit in

me, é-ti-am si mórtu-us fú-e-rit, vi-vet : et o-mnis qui

vi-vit et cre-dit in me, non mo-ri-é-tur in ae-térnum.

*Postea Sacerdos dicit : Chorus prosequitur :*

Ký-ri-e e-lé-i-son. Christe e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-

Sacerdos :

son. Pa-ter noster, etc.

*Post Orationem Celebrans manu dextera signum crucis super feretrum faciens cantat :*

Y. Réqui-em aetérnam do-na e-i Dómi-ne. R. Et lux perpé-


## In exsequiis Fratrum.

Cantores :




tu- a lú-ce- at e- i. V. Requi- éscat in pa-ce. R. Amen.

Et Celebrans subiungit :



V. Anima e-ius et á-nimae ómni- um fi-dé-li- um de-functó-rum,



per mi-se-ri-córdi- am De- i requi- éscant in pa-ce. R. Amen.

11. Postea revertentes a sepultura eodem ordine quo venerant, Celebrans sine cantu inchoat Antiphonam Si iniquitátes et Psalmum De profundi, quem Religiosi alternatim cum Celebrante et sacris Ministris gravi voce recitant. In fine Psalmi additur Réquiem aetérnam, etc. in numero plurali et repetitur Antiphona.

12. Quod si corpus Defuncti post absolutionem non statim deferatur, omisso In paradísum, Celebrans inchoat apud feretrum Ego sum, etc.

13. Casu quo Ministri Generalis vel Provincialis exequiae fiunt, dantur quinque Absolutiones. Post Orationem Non intres, cantatur Responsorium Subveníte, p. 335; cum Kýrie eléison, p. 338, Pater noster et VV. solitis. Post Orationem Deus cui ómnia, cantatur pro secunda Absolutione Responsorium Qui Lázarum, p. 350 cui additur V. sequens :



V. Réqui- em aetérnam do-na e- i Dómi- ne :



et lux perpé-tu-a lú- ce- at e- i. \* Tu e- is.

cum Kýrie eléison, Pater noster et VV. solitis.

In exsequiis Fratrum.

*Post Orationem Fac quaésumus, cantatur pro tertia Absolutione Responsorium sequens :*

8.

D

ÓMI- NE, \* quando véne- ris iu- di-cá- re

ter- ram, u-bi me abscón- dam a vul- tu i-

ræ tu- ae? \* Qui a pec- cá-vi ni- mis

in vi-ta me- a. V. Commíssa me- a

pa-véscō, et ante te e-rubé- sco : dum véne-ris iu-di-

cá-re, no-li me condemná- re. \* Qui- a.

V. Réqui- em ae-térnam dona e- i Dómi- ne : et

lux perpé-tu- a lú- ce- at e- i. \* Qui- a.

## In exercitiis spiritualibus.

*Post Kýrie eléison, p. 338, Pater noster, §§. solitos, et Orationem Inclína Dómine, cantatur pro quarta Absolutione Responsorium Ne recordérис, p. 330, cum Kýrie eléison, p. 338, Pater noster et §§. solitis, et Oratione Absólve quaésumus... ab omni. Demum pro quinta Absolutione cantatur Responsorium Líbera, p. 337. cum Kýrie eléison, p. 338, Pater noster et §§. solitis, et Oratione Absólve quaésumus... ut defúnctus.*

*Post §. Réquiem aetérnam, Cantores cantant : §. Requiéscant in pace, ut ibidem.*

## Artieulus II. — In exercitiis spiritualibus.

1. *Pro inchoandis exercitiis cantatur flexis genibus Veni Crátor, p. 276.*

2. *Pro primis diebus exercitiorum, Sanctissimo exposito hae preces commendantur :*

2.  
P ARCE Dómine, \* parce pôpu-lo tu- o : quem red- e-  
místi pre-ti- ó-so Sângui-ne tu- o. *Ps. Mi-se-ré-re... p. 238.*

*Post repetitam Antiphonam Parce cantantur §§. sequentes :*

§. Dómine, non secúndum peccáta nostra fáciás nobis.

R. Neque secúndum iniquítátes nostras retríbuas nobis.

§. Convérte nos, Deus salutáris noster.

R. Et avérte iram tuam a nobis.

§. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

§. Dómine, exáudi. Dóminus vobíscum.

Orémus.

**E**XÁUDI, quaésumus Dómine, súpplicum preces † et confiténtium tibi parce peccátis : \* ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus et pacem.

**I**NEFFÁBILEM nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde : † ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, \* et a poenis, quas pro his merémur, erípias.

In exercitiis spiritualibus.

**O**MNÍPOTENS et misericors Deus, qui humáno géneri et salútis remédia, et vitae aetérnae múnera contulísti : † respice propítius nos fámulos tuos, et ánimas résove, quas creásti; \* ut in hora éxitus nostri, absque peccáti mácula tibi Creatóri nostro per manus sanctórum Angelórum repraesentári mereámur. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

3. *Ultimis diebus sequentes preces adhibentur :*

Ant.

8. G

**S**

U- Á-VIS Dómi-nus\* u-nivérsis : et mi-se-ra-ti- ónes

e-ius super ómni- a ópe-ra e- ius.

Psalmus 102.

*Cantores :*

**B**

ÉNEDIC ánima me- a DOmí-no : \* et ómni- a

quae intra me sunt, nómí-ni sancto E- ius.

*Flexa : fi- li- órum, †*

*Chorus : 2. Bénedic ánima mea DOmino : \* et noli  
oblivíisci omnes retributiónes Eius.*

3. Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus TUis : \* qui sanat omnes infirmítátes TUas.

4. Qui rédimit de intéritu vitam TUam : \* qui corónat te in misericórdia et miseratiOnibus.

## In exercitiis spiritualibus.

5. Qui replet in bonis desidérium TUum : \* renovábitur ut áquila iuvéntus TUA :
6. Fáciens misericórdias DÓminus : \* et iudícium ómnibus iniúriam patiÉNtibus.
7. Notas fecit vias suas MOysi, \* fíliis Israël voluntátes SUas.
8. Miserátor et miséricors DÓminus : \* longánimis et multum miSERicors.
9. Non in perpétuum iraSCETur : \* neque in aetérnum commiNAbitur.
10. Non secúndum peccáta nostra fecit NObis : \* neque secúndum iniquitátes nostras retríbuit NObis.
11. Quóniam secúndum altitúdinem caeli a TERRa : \* corroborávit misericórdiam suam super tiMENtes se.
12. Quantum distat ortus ab occiDENTe : \* longe fecit a nobis iniquitátes NOstras.
13. Quómodo miserétur pater filiorum, † misértus est DÓminus timétiBUS se : \* quóniam ipse cognóvit figméntum NOstrum.
14. Recordátus est quóniam pulvis SUMus : \* homo, sicut foenum dies eius, tamquam flos agri sic effloREbit.
15. Quóniam spíritus pertransíbit in illo, et non subSIstet : \* et non cognóscet amplius locum SUum.
16. Misericórdia autem DÓmini ab aeTERno, \* et usque in aetérnum super timéntes Eum.
17. Et iustítia illíus in fílios filiorum, \* his qui servant testaméntum Eius :
18. Et mémores sunt mandatórum iPSIus, \* ad faciéndum Ea.
19. DÓminus in caelo parávit sedem SUam : \* et regnum ipsius ómnibus domiNAbitur.
20. Benedícite DÓmino omnes Angeli Eius : \* poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndam vocem sermonum Eius.
21. Benedícite DÓmino omnes Virtútes Eius : \* minístri eius, qui fácitis voluntátem Eius.

## In exercitiis spiritualibus.

22. Benedicite Dómino ómnia ópera Eius : \* in omni loco dominatiónis eius, bénedic áнима *mea* DÓmino.

23. Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui SANcto.

24. Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in saécula saeculórum. Amen.

*Repetita Antiphona Suávis, cantantur VII. sequentes :*

V. Confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem.

V. Meménto congregatiónis tuae.

R. Quam possedisti ab iniúcio.

V. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére nos.

V. Dómine, exáudi. Dóminus vobíscum.

Orémus.

**D**EUS, in te sperántium fortitúdo, adéstō propítius invocatió-  
nibus nostris : † et quia sine te nihil potest mortális infir-  
mitas, praesta auxílium grátiae tuae; \* ut in exsequéndis mandátis  
tuis, et voluntáte tibi et actiōne placeámus.

**P**ROFICIAT, quaésumus Dómine, plebs tibi dicáta piae devotiónis  
afféctu : † ut sacris actiōnibus erudíta, \* quanto maiestáti  
tuae sit grátior, tanto donis potióribus augeáтур.

**F**IDÉLES tuos, Deus, benedictio desideráta confírmet : † quae  
eos, et a tua voluntáte numquam discrepáre fáciat. \* et tuis  
semper indúlgeat beneficiis gratulári. Per Christum Dóminum  
nostrum. R. Amen.

4. *In fine exercitiorum cantatur Te Deum, p. 253 vel 256, cum  
VII. sequentibus :*

V. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus, et superexaltémus eum in saécula.

V. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto caeli.

R. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in saécula.

V. Bénedic áнима mea Dómino.

R. Et noli oblivíisci omnes retributiónes eius.

V. Confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem.

V. Dómine, exáudi. Dóminus vobíscum.

# Receptio Ministri vel Visitatoris Glis. et Min. Prov.

Orémus.

**D**EUS, cuius misericórdiae non est númerus, et bonitatis infinitus est thesáurus : † piíssimae Maiestáti tuae pro collátis donis gráttias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; \* ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad praémia futúra dispónas.

**D**EUS innocéntiae restitútor et amátor, dírige ad te tuórum corda servórum : † ut spíritus tui fervóre concépto, \* et in fide inveniántur stábiles, et in ópere efficáces.

**D**A nobis, quaésumus Dómine Deus, † perseverántem in tua voluntáte famulátum; \* ut in diébus nostris, et mérito et gráttia tibi serviéntes, placére possímus.

**B**ENEDICTIÓNEM tuam, Dómine, sacra família recípiat : † qua cōpore salvétur et mente; \* et propitiatiónis tuae benefícium semper invéniat. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

V. Divínū auxíliū máneat semper nobíscum.

R̄. Amen.

## Articulus III. — Receptio Ministri vel Visitatoris Generalis, et Ministri Provincialis.


1. *Hora adventus Praelati imminentे, Fratres bini et bini se conferunt ad portam ecclesiae, cum cruce et lumine, thuribulo et aqua lustrali; et quidem eo ordine ut digniores propius ad portam se sistant. Praelato recepto, omnes ad presbyterium revertuntur; interim cantatur Ant. Ecce fidélis, quae repetitur post singulos vel, si opportunius videtur, post binos VV. Psalmi 116. Laudáte Dóminum.*

8. G

E

c-ce fi-dé-lis servus \* et prudens quem constí-tu-it


Cantores



Dóminus super famí-li- am su- am. Ps. 116. Laudá-te Dóminum


## Visitatio canonica in I. Ordine.

*Chorus*



omnes gen- tes, \* laudá-te e- um omnes pópu- li. Ecce.

*Cantores Chorus*



Quó-ni- am, etc. Ecce, etc.

2. *Praelato genufexo ante altare maius, Superior domus cantat VV. sequentes :*

V. Protéctor noster áspice Deus.

R. Et résponce in fáciem Christi tui.

V. Salvum fac servum tuum.

R. Deus meus, sperántem in te.

V. Mitte ei Dómine auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eum.

V. Nihil proficiat inimícus in eo.

R. Et fílius iniquitatis non appónat nocére ei.

V. Dómine exáudi. Dóminus vobíscum.

3. *Post Orationem Praelato per manus osculum obedientia prae- statur; quo finito cantatur Salve sancte Pater, p. 325; cui ipse Praelatus addit VV. sequentes et Orationes.*

V. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit caelum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedíctum.

R. Ex hoc nunc et usque in saéculum.

V. Dómine exáudi. Dóminus vobíscum.

4. *Quando Minister vel Commissarius Provincialis prima vice vel pro visitatione canonica peragenda ad conventum suae iurisdictionis accedit, omnia peragantur ut supra.*

## Articulus IV. — Visitatio canonica in I. Ordine.

1. *Pro receptione Praelati vide Articulum praecedentem.*

2. *Imprimis Visitator hora statuta, et Choralibus cereos accensos portantibus, visitet Sanctissimum et, posita Pyxide super mensam altaris, Sanctissimum incensat; interim duo Cantores intonant Tantum ergo. Peracta incensatione Visitator inspicit Pyxidem etc.; quibus peractis iterum adolet dum cantatur Genítori Genítoque, etc.*

## Visitatio canonica in I. Ordine.

3. Tempore opportuno, Choralibus cereos ardentes portantibus, peragitur quoque visitatio Defunctorum, et imprimis pro defunctis Superioribus Conventus; Visitator stans in suppedaneo altaris ad cornu Epistolae dicit Si iniquitátes, et incipit Ps. 129. De profundis, quem Fratres prosequuntur.

Finito Psalmo, Visitator repetit Antiphonam cui subiungit : Kýrie eléison, etc. Pater noster cum ¶¶. sequentibus et Oratione.

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. In memória aetérna erunt iusti.

R. Ab auditíone mala non timébunt.

V. A porta ínferi.

R. Erue Dómine ánimas eórum.

V. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

R. Et lux perpétua lúceat eis.

V. Dómine exáudi. Dóminus vobíscum.

4. Post hanc Absolutionem, Fratrum processio dirigitur ad locum sepulturae Conventus (ad medium ecclesiae, vel etiam chori); interim cantatur Responsorium Qui Lázarum.

4.

Q ui Lá- za-rum \* re-susci-tá- sti a monu-  
mén- to foéti- dum : \* Tu e- is, Dó- mi- ne,  
do-na ré- qui- em et lo- cum indul- génti- ae.  
V. Qui ventú-rus es iu-di-cá- re vi- vos et mó-  
tu- os, et saécu- lum per i- gnem. \* Tu e- is.

## Visitatio canonica in II. et III. Ordine.

*Cum processio ad locum sepulturae pervenerit, additur Resp. Libera me, p. 337. Revertentes ad ecclesiam (vel in choro peracta absolutione) recitatur ab omnibus De profundis cum Kyrie eleison, Pater noster et VV. solitis.*

### Articulus V. — Visitatio canonica in II. Ordine.

*Quando Visitator pro visitatione locali clausuram ingreditur, Moniales decantant Ant. O Stupor, p. 176, cum Cantico Benedictus Dominus Deus Israel.*

6. c

**B**

ENEDÍCTUS Dóminus De-us ISra-el : \* qui- a vi-si-távit

et fe-cit red-empti- ónem ple-bis SU- ae. Et e-ré-xit... p. 340.

*In fine dicitur Glória Patri.*

*Repetita Antiphona ac cantatis VV. et Orationibus e Rituali, Visitator procedit ad visitationem localem.*

*Quando Ordinarius loci pro visitatione canonica Monasterium ingreditur, loco Ant. praefatae cantari poterit Resp. Ecce Sacérdos magnus vel Ant. Sacérdos et Póntifex, p. 352.*

### Art. VI. — Visitatio canonica in III. Ordine saeculari.

*In adventu Visitatoris cantantur sequentes VV. Psalmi 105 :*

7. c

**C**

ONFITÉMINI Dómino QUOni- am BO- nus, \*

quóni- am in saéculum mi-se-riCORdi- a E- ius.

2. Quis loquéatur potENTias DOMini, \* audítas fáciet omnes LAUdes Eius?

3. Beáti qui custódiUNT iuDICium, \* et fáciunt iustítiā in Omni TEMPore.

## Receptio Episcopi.

4. Meménto nostri, Dómine, in beneplácito POpuli TUÍ; \* vísitá nos in saluTARI TUO.

5. Ad vidéndum in bonitáte electórum tuórum, ad laetándum in laetítia GENTis TUae : \* ut laudérís cum herediTATE TUa.

6. Glória PAtri, et FIlio, \* et SpiRItui SANcto.

7. Sicut erat in princípio, et NUNC, et SEMper, \* et in saécula saecuLorum. Amen.

¶. Meménto Congregatiónis tuae.

¶. Quam possedísti ab initio.

*Post Orationem cantatur Veni Creator, p. 276, cum suo ¶. et Oratione. Deinde cantatur Canticum Benedíctus Dóminus Deus Israel, ut p. 361.*

¶. Visitásti terram, et inebriásti eam.

¶. Multiplicásti locupletáre eam.

*Sequuntur duae Orationes.*

### Articulus VII. — Receptio Episcopi.

*Cum Episcopus pervenerit ad locum receptionis, Superior ei offert crucem deosculandam. Interim cantatur Ant. Sacérdos vel Respon- soriū Ecce Sacérdos ut infra.*

I.

ACÉRDOS et Pónti-fex, \* et virtú-tum ó-pi-fex,

pastor bone in pó-pu-lo : sic placu- ísti Dómi-no.

T. P. Alle- lú- ia.

*Vel dicitur Responsorium :*

8.

ECE sacérdos magnus, \* qui in di- é- bus

## Receptio Episcopi.

su- is plácu- it De- o. \* Id- e- o iu-re- iu-  
 rán- do fe-cit illum Dómi- nus crésc-  
 re in ple-bem su- am. *V.* Bene-dicti- ó- nem  
 ómni- um génti- um de-dit il- li, et testaméntum  
 su- um confirmá- vit su-per ca- put e- ius.  
*\* Id- e- o. V.* Gló-ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et  
 Spi-rí- tu- i San- cto. \* Id- e- o.

*Finito Responsorio et Episcopo genuflexo ante altare, Superior, stans in cornu Epistolae versus ad Praeclatum, dicit :*

*V.* Protéctor noster áspice Deus.

*R.* Et résponce in fáciem Christi tui.

*V.* Salvum fac servum tuum.

*R.* Deus meus, sperántem in te.

*V.* Mitte ei Dómine, auxílium de sancto.

*R.* Et de Sion tuére eum.

## Pro Confirmatione.

¶. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

¶. Domine exaudi. Dominus vobiscum.

Orémus.

**O**MNÍPOTENS, sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus, † praetende super hunc famulum tuum, et cunctas congregatiōnes illi submissas, spíritum grātiae salutāris : \* et ut in veritate tibi complāceat, perpétuum ei rorem tuae benedictiōnis infunde. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

*Deinde cantatur Antiphona et ¶. de ecclesiae Patrono.*

## Articulus VIII. — Pro Confirmatione.

*Episcopus dicit :* Spíritus Sanctus superveniat in vos, et virtus Altissimi custodiāt vos a peccatis. R. Amen.

¶. Adiutorium nostrum in nomine Dómini.

R. Qui fecit caelum et terram.

¶. Domine exaudi. Dominus vobiscum.

Orémus.

**O**MNÍPOTENS sempiterne Deus, qui regenerare dignatus es hos famulos tuos ex aqua et Spíritu Sancto; † quique dedisti eis remissionem omnium peccatorum; \* emitte in eos septiformem Spíritum tuum Sanctum Paraclitum de caelis. R. Amen.

Spíritum sapiētiae, et intellēctus. R. Amen.

Spíritum consilii, et fortitudinis. R. Amen.

Spíritum scientiae, et pietatis. R. Amen.

**A**DIMPLE eos Spíritu timoris tui, et consigna eos signo crucis Christi, in vitam propitiatus aeternam. Per eūdem Dóminum. R. Amen.

*Omnibus confirmatis, dum Pontifex lavat manus, cantatur :*

Ant.

8. c

C




CONFIRMA hoc Deus \* quod o-pe-rá-tus es in no-


## In Ordinationibus.



bis, a templo sancto tu-o, quod est in Ie-rú-sa-lem.



V. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-ri-tu-i Sancto.



R. Sic-ut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in



saécu-la saecu-ló-rum. Amen. *Repetitur Ant. Confirma hoc.*

*Qua repetita, Pontifex, stans versus ad altare, dicit :*

V. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

V. Dómine exáudi. Dóminus vobíscum. *cum Oratione et benedi-cione.*

## Articulus IX. — In Ordinationibus.

1. In receptione Episcopi cantatur *Resp.* Ecce sacérdos, vel etiam *Ant.* Sacérdos, p. 352.


2. In tonsura clericí post primam Orationem Episcopi, Cantores intonant *Ant.* Tu es, cum Ps. 15. Consérvá.

Ant.

8. G

T

u es Dómi-ne \* qui restí-tu- es he-re-di-tá-tem



me- am mi- hi.

*T. P. non additur Allelúa.*

# In Ordinationibus.

## Psalmus 15.

C

ONSÉRVA me Dómine quóni- am spe-rá-vi IN

te : \* di-xi Dómino : De-us me-us es tu, quóni- am bo-  
núrum me-órum non Eges.

2. Sanctis qui sunt in terra Eius, \* mirificávit omnes  
voluntátes meás in Eis.

3. Multiplicátae sunt infirmitátes eorum : \* póstea acce-  
leraVERunt.

4. Non congregábo conventícula eorum de sanGUILini-  
bus : \* nec memor ero nóminum eorum per lábia MEa.

*Non dicitur Glória Patri, sed repetitur Ant. Tu es. Omnibus  
tonsis, Episcopus dicit Orationem; qua finita, Cantores intonant  
Ant. Hi accípient. cum Ps. 23. Dómini est.*

7. a

H

I accí-pi- ent \* be-ne-dicti- ónem a Dómi-no, et  
mi-se-ri-córdi- am a De-o sa-lu- tá-ri su- o : qui- a haec est  
gene-rá-ti- o quaerénti- um Dómi-num.

T. P. non additurn Allelúia.

## In Ordinationibus.

### Psalmus 23.

D ÓMINI est terra, et pleniTU- do E- ius: \* or-  
bis terrárum, et univérsi qui hábiTANT in E- o.

*Flexa* : mundo corde, †

2. Quia ipse super mária funDAvit Eum : \* et super flúmina praepaRAvit Eum.

3. Quis ascéndet in MONtem DOmíni? \* aut quis stabit in loco SANcto Eius?

4. Innocens mánibus et mundo corde, † qui non accépit in vano Animam SUam, \* nec iurávit in dolo PROximo SUo.

5. Hic accípiet benedictiOnem a DOmíno : \* et misericórdiam a Deo saluTARI SUo.

6. Haec est generátio quaeRENTium Eum, \* quaerén- tium fáciem DEi IAcob.

7. Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini portae AEterNAles : \* et introIbit rex GLOriae.

8. Quis est iste rex glóriae? † Dóminus FORTis et POTens : \* Dóminus POTens in PRAElio.

9. Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini portae AEterNAles : \* et introIbit rex GLOriae.

10. Quis est Iste rex GLOriae? \* Dóminus virtútum ipse EST rex GLOriae.


## In Ordinationibus.

11. Glória PAtri, et FIlio, \* et SpiRItui SANcto.
12. Sicut erat in princípio, et NUNC, et SEMper, \* et in saecula saeculorum. Amen.

*Repetitur Ant. Hi accípient.*

**3. Ad Offertorium Missae** omnes ordinati accedunt bini et bini ad Pontificem, unico flectunt genu leviterque capite eum salutant atque candelam accensam eidem offerunt, praemisso osculo in anulum Episcopi; ceteri vero cantant pro ordinatione sacerdotali in tono sexto Ps. 109 et 112; in ceteris ordinationibus cantantur Ps. 112 et 121 :

### Psalmus 109.



Di-xit Dóminus Dómi-no ME- o : \* Sede a  
dextris ME- is : Donec ponam...

2. Donec ponam inimicos TUos, \* scabéllum pedum tuOrum.

3. Virgam virtútis tuae emítte Dóminus ex SION : \* dominare in médio inimicórum tuOrum.

4. Tecum princípium, in die virtútis tuae in splendóribus sanCTOrum : \* ex útero ante lucíferum génuI te.

5. Jurávit Dóminus, et non poenitébit Eum : \* Tu es sacérdos in aetérnum secúndum órdinem MelCHIsedech.

6. Dóminus a dextris TUIs, \* confrégit in die irae suaE REGes.

7. Judicábit in natióibus, implébit ruinas : \* conquas-sábit cápita in terra mulTOrum.

8. De torrénte in via BIbet : \* proptérea exaltábit CAput.

9. Glória Patri, et FIlio, \* et Spirítui SANcto.

10. Sicut erat in princípio, et nunc, et SEMper, \* et in saecula saeculórum. Amen.

## In Ordinationibus.

### Psalmus 112.

L AUDATE pú-eri DOMi-num : \* laudá-te *nomen*  
DOMi-ni. Sit nomen...

2. Sit nomen Dómini beneDIctum, \* ex hoc nunc, et usque *in SAEcum*.

3. A solis ortu usque ad *ocCAsum*, \* laudábile *nomen* Dómini.

4. Excélsus super omnes Gentes Dóminus, \* et super caelos glória Eius.

5. Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis HAbitat, \* et humilia réspicit in caelo *et in TERRa*?

6. Súscitans a terrā INopem, \* et de stércore érigens PAUperem :

7. Ut cóllocet eum cum prinCIpibus, \* cum princípibus pópuli SUi.

8. Qui habitáre facit stérilem *in Domo*, \* matrem filiórū laeTANtem.

9. Glória Patri, *et FIllo*, \* et Spirítui SANcto.

10. Sicut erat in princípio, et nunc, *et SEMper*, \* et in saécula saeculórum. Amen.

*Dein additur in tono octavo Ps. 121 Laetátus sum, p. 294.*

4. In ordinatione Presbyteri post Communionem ipse Pontifex intonat Resp. Iam non dicam, ceteris prosequentibus :

8. I AM non di-cam \* vos servos, sed amí-

# In Ordinationibus.

The musical notation consists of four-line red neumes on a single staff. The lyrics are written below the staff, aligned with the neumes. The text is in Latin, with some words in Spanish (\* Accí- pi- te). The notation uses square neumes and diamond neumes, typical of Gregorian chant notation.

cos me- os; qui a ómni- a cognó- ví- stis  
quae o-pe- rá-tus sum in mé-di- o ve- stri. (Alle-  
lú- ia.) \* Accí- pi- te Spí- ri-tum Sanctum in  
vo- bis Pa-rá- cli- tum. † Il-le est quem Pa-  
ter mit- tet vo- bis. (Al-le- lú- ia.) ¶ Vos amí-  
ci me- i e-stis, si fe-cé- ri- tis quae e-go prae-  
cí- pi- o vo- bis. \* Accí- pi- te.  
¶ Gló- ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi- ri-  
tu- i San- cto. † Il-le.

# In discessu Missionariorum.

## Articulus X. — In discessu Missionariorum.

1. Post exhortationem Minister Provincialis intonat Veni Créal-  
tor, p. 276, quod omnes genuflexi usque ad finem, prosequuntur.

2. Post Orationem litterae obedientiales präleguntur; tunc crucis  
benedicuntur, quae deinde singulis Missionariis aptantur sub verbis:  
Accipe Crucem Dómini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita  
et resurrecció nostra; quibus Missionarii, manum Superioris et  
crucem deosculati, respondent:

Mihi absit gloriári nisi in Cruce Dómini nostri Iesu Christi, per  
quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. — Et circum-  
stantes respondent: Amen.

3. Postquam a Superiore pacem receperint, Missionarii intonant  
genuflexi Hymnum Ave maris stella, p. 89, quem omnes alternantes  
cum Cantoribus, prosequuntur. Hymno dicto eidem intonant Ant.  
Salve, sancte Pater, p. 325, et deinde Itinerarium, quod cum Fra-  
tribus circumstantibus decantant:

7. a

I

n vi- am pacis. *Cant.* Be-nedictus Dóminus DE-us

ISRA-el \* qui-a vi-si-távit et fe-cit redempti-ónem  
*Chorus*

PLE- bis SU- ae.      Et e-réxit...

2. Et eréxit cornu saLUTis NOBis : \* in domo David,  
PUeri SUi.

3. Sicut locútus est per OS sanCTOrum, \* qui a saé-  
culo sunt, prophéTArum Eius :

4. Salútem ex iniMICis NOstris, \* et de manu ómnium,  
QUI oDErunt nos :

## In discessu Missionariorum.

5. Ad faciéndam misericórdiam cum PAtribus NOstris : \* et memorári testaménti SUi SANcti.

6. Iusíurándum, quod iurávit ad Abraham, PAtrem NOstrum, \* daTUrum se NObis :

7. Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum LIBeRAti, \* serviAmus ILli.

8. In sanctítate, et iustítia COram Ipso, \* ómnibus diEbus NOstris.

9. Et tu, puer, Prophéta AltíssiMI voCABErIs : \* praeíbis enim ante fáciem Dómini paráre VIas Eius :

10. Ad dandam sciéntiam salútis PLEbi Eius : \* in remissióne peccatOrum eorum :

11. Per víscera misericórdiae DEi NOstri : \* in quibus visitávit nos, óriENS ex ALto :

12. Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra MORtis SEdent, \* ad dirigéndos pedes nostros in VIam PACis.

13. Glória PAtri, et FILIo, \* et SpiRItui SANcto.

14. Sicut erat in princípio, et NUNC, et SEMper, \* et in saécula saecuLOrum. Amen.

Ant.

I

n vi- am pa-cis et prospe-ri-tá-tis dí-ri-gat nos

omní-pot-ens et mi-sé-ri-cors Dómi-nus : et Angelus Rápha-el

comi-té-tur no-bíscum in vi-a; ut cum pa-ce, sa-lú-te et


gáudi-o re-vertámur ad própri-a.

## In discessu Missionariorum.

*Ant. repetita Fratres prefecturi cantant VV. sequentes, quibus circumstantes respondent :*



Ký-ri- e    e- lé- i-son. Christe    e- lé- i-son. Ký-ri- e    e-lé- i-



son. Pa-ter noster.

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus, sperántes in te.

V. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére nos.

V. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Nihil proficiat inimícus in nobis.

R. Et fílius iniquitáti non appónat nocére nobis.

V. Benedíctus Dóminus die quotídie.

R. Prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum.

V. Vias tuas, Dómine, demónstra nobis.

R. Et sémitas tuas édoce nos.

V. Utinam dirigántur viae nostrae.

R. Ad custodiéndas iustificatiónes tuas.

V. Erunt prava in dirécta.

R. Et áspera in vias planas.

V. Angelis suis Deus mandávit de te.

R. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

V. Dómine exáudi. et dignior Missionariorum solus cantat :  
Dóminus vobíscum cum Orationibus.

Orémus.

**D**EUS, qui fílios Israel per maris médium sicco vestígio ire fecísti, quique tribus Magis iter ad te stella duce pandísti : † tríbue nobis, quaésumus, iter prósperum tempúsque tranquíllum; \* ut, Angelo tuo sancto cómite, ad eum quo pérgimus locum, ac demum ad aetérnae salútis portum pervenire felíciter valeámus.


## In discessu Missionariorum.

**D**EUS, qui Abraham puerum tuum de Ur Chaldaeórum edúctum per omnes suae peregrinatiónis vias illáesum custodísti, † quaésumus, ut nos fámulos tuos custodíre dignéris : \* esto nobis, Dómine, in procíncitu suffrágium, in via solátium, in aestu umbráculum, in pluvia et frígore teguméntum, † in lassítudine vehículum, in adversitáte praesídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus; \* ut, te duce, quo téndimus, próspere perveniámus, et demum incólumes ad própria redeámus.


**A**DÉSTO, quaésumus Dómine, supplicatióibus nostris : † et viam famulórum tuórum in salútis tuae prosperitáte dispónē; \* ut inter omnes viae et vitae huius varietátes tuo semper protegámur auxílio.

**P**RAESTA, quaésumus omnípotens Deus : † ut família tua per viam salútis incédat, \* et beáti Ioánnis Praecursóris hortaménta sectándo, ad eum quem praedíxit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit, etc.  
R/. Amen.

4. Post Orationes exponitur Sanctissimum; et benedictione data, Missionarii insimul S. P. N. Francisci Orationem recitant : Adorámus Te, etc. SS. recondito, assurgunt et insimul cantant :



Pro-ce-dámus in pa-ce. Ceteri respondent : In nómi-ne Dómi-ni.



Amen.

5. Tunc Fratres omnes salutant in osculo sancto pacis : Frater qui remanet dicit : Dóminus det tibi pacem et perseverántiam; profecturus autem respondet : Amen. Ora pro me. Interim Superior alta voce intonat Cant. Magníficat in 5º Tono, p. 108, quod Fratres omnes cum populo prosequuntur.

## Primarii lapidis benedictio.

### Articulus XI.

#### Primarii lapidis benedictio pro aedificanda ecclesia.

1. *Dum Celebrans locum ubi Crux posita est aspergit, Cantores intonant Ant. Signum cum Ps. 83. Quam dilécta.*

8. G

S

IGNUM sa-lú-tis \* pone, Dómi-ne Ie-su Chri-ste, in

lo-co i-sto : et non permíttas intro- í-re Ange-lum per-  
cu-ti- én-tem. Eu o u a e.

#### Psalmus 83.

QUAM dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum : \* conçupíscit, et déficit áнима mea in átria Dómini.

Cor meum, et caro mea \* ex-sultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum : \* et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua, Dómine virtútum : \* Rex meus, et Deus meus.

Beáti, qui hábitant in domo tua, Dómine : \* in saécula sae-culórum laudábunt te.

Beátus vir, cuius est auxí-lium abs te : \* ascensiōnes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum in loco, quem pó-suit.

Etenim benedictiōnem dabit legislátor, † ibunt de virtúte in virtútem : \* vidébitur Deus déorum in Sion.

Dómine, Deus virtútum, ex-áudi oratiōnem meam : \* áuri-bus pércepe, Deus Iacob.

Protéctor noster, áspice, Deus : \* et résponce in fáciem Christi tui :

Quia mélior est dies una in átrii tuis, \* super míllia.

Elégi abiéctus esse in domo Dei mei : \* magis quam habi-tare in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam, et veri-tátem díligit Deus : \* grátiam et glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia : \* Dó-mine virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

Glória Patri.

## Primarii lapidis benedictio.

*Non repetitur Antiphona; post Orationem cantantur VV. sequentes :*

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit caelum et terram.

V. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc et usque in saeculum.

V. Lapidem quem reprobaverunt aedificantes.

R. Hic factus est in caput anguli.

V. Tu es Petrus.

R. Et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, \* et in saecula saeculorum. Amen.

2. Post Orationem ipse lapis aspergitur, et post alteram Orationem dicuntur Litaniae Omnium Sanctorum, p. 308, modo simplici et sine Orationibus in fine, sed immediate sequitur, Celebrante incipiente, Ant. Mane cum Ps. 126. Nisi Dominus.

Ant.

4. E

M

ANE surgens Iacob \* e-ri-gébat lá-pi-dem in tí-tu-

lum, fundens ó-le- um dé-super : vo-tum vo-vit Dó-mi-no :

ve-re lo-cus iste sanctus est, et e-go ne-sci-é-bam.

E u o u a e.

Psalmus 126.

NISI Dominus aedificáverit domum, \* in vanum labovarérvnt qui aedificant eam.

Nisi Dominus custodíerit civitatem, \* frusta vigílat qui custódít eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : \* súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum : \* ecce haeréditas Domini filii : merces, fructus ventris.

## Benedictio Ecclesiae vel Oratorii.

Sicut sagíttae in manu poténtis : \* ita filii excussórum.  
Beátus vir qui implévit desi-  
dérium suum ex ipsis : \* non

confundétur cum loquétur ini-  
mícis suis in porta.  
Glória Patri.

3. Sacerdos incipiens aspergere intonat Ant. O quam, ceteris pro-  
sequentibus, cui subiungitur Psalmus 86. Fundaménta.

6. F

O quam metu- éndus est \* locus iste! ve- re  
non est hic á-li- ud ni-si domus De- i, et por- ta  
cae- li. T. P. Alle-lú- ia. E u o u a e.

### Psalmus 86.

FUNDAMÉNTA eius in mónti-  
bus sanctis : \* díligit Dó-  
minus portas Sion super ómnia  
tabernácula Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te, \*  
civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Baby-  
lónis \* sciéntium me.

Ecce alienígenae, et Tyrus,

et pópulus Aethíopum, \* hi fué-  
runt illic.

Numquid Sion dicet : Homo,  
et homo natus est in ea : \* et  
ipse fundávit eam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scriptú-  
ris populórum, et príncipum : \*  
horum, qui fuérunt in ea.

Sicut laetántium ómnium \*  
habitatio est in te.

Glória Patri.

In fine repetitum Ant. O quam, et post duas Orationes ordine quo  
venerunt omnes revertuntur ad Sacristiam.


## Articulus XII. — Benedictio Ecclesiae vel Oratorii.

1. Superiore parietes Ecclesiae aspergente et Ant. Aspérges into-  
nante, Religiosi extra Ecclesiam prosequuntur, et alternatim dicunt  
Psalmum 50. Miserére.

7. a

A -SPÉRGES me, \* Dó-mi-ne, hyssó-po, et mundá-bor :

# Benedictio Ecclesiae vel Oratorii.



## Psalmus 50.

*Cantores*

I- SERÉ-RE me- i De- us : \* secúndum magnam  
*Chorus*

mi-se-ri-córdi- am tu- am. Et se-cúndum..., p. 334.

*Et totus Psalmus alternatim decantatur.*

*Aspersione finita et Oratione dicta, omnes bini in Ecclesiam intrant decantantes Litanias Omnium Sanctorum, modo simplici, p. 308.*

2. *Dicto ultimo Kýrie eléison et cantata Oratione, Celebrans dicit in tono simplici, p. 6 :*

Deus, in adiutórium meum inténde.

*Religiosi* : Dómine, ad adiuvándum me festína.

*Celebrans* : Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

*Religiosi* : Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in saecula saeculórum. Amen. \*

3. *Post Orationem Celebrans intonat Ant. Bénedic, ceteris prosequentibus, cui subduntur Psalmi sequentes :*

Ant.

3. a

BENE-DIC, DÓ-MI-NE \* domum i-stam, nómí-ni tu-o

ae-di- fi- cá- tam. E u o u a e.

\* Advertas quod in fine non dicitur *Alleluia*.

## Benedictio Ecclesiae vel Oratorii.

### Psalmus 119.

**A**d Dóminum cum tribulárer clamávi : \* et exaudívit me.  
2. Dómine, líbera ániam meam a lábiis iníquis, \* et a lingua dolosa.

3. Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi \* ad linguam dolósam?

4. Sagíttae poténtis acútae, \* cum carbónibus desolatóriis.

5. Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est : † habítavi cum habitántibus Cedar : \* multum ícola fuit ánima mea.

6. Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus : \* cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

7. Glória Patri.

### Psalmus 120.

**L**EVÁVI óculos meos in montes, \* unde véniet auxílium mihi.

2. Auxílium meum a Dómino, \* qui fecit caelum et terram.

3. Non det in commotióinem pedem tuum : \* neque dormítet qui custódit te.

4. Ecce non dormitábit neque dórmiet, \* qui custódit Israel.

5. Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, \* super manum déxteram tuam.

6. Per diem sol non uret te : \* neque luna per noctem.

7. Dóminus custódit te ab omni malo : \* custódiat ániam tuam Dóminus.

8. Dóminus custódiat intróitum tuum, et éxitum tuum : \* ex hoc nunc, et usque in saéculum.

9. Glória Patri.

*Postea additur Ps. 121. Laetátus sum, p. 294.*

*In fine repetitur Antiphona, et post Orationem celebratur Missa.*


## Benedictio novi Conventus.

### Articulus XIII. — Benedictio novi Conventus.

1. *Celebrans in infimo altaris gradu genuflexus intonat Veni  
Créátor p. 276; quo finito cantat cum Religiosis :*




Ký-ri- e e-lé- i-son. Christe e-lé- i-son. Ký-ri- e e-lé- i-




son. Pa-ter noster.

*Post Orationes et ¶. Adiutórium nostrum, Diaconus cantat :*



Pro-ce-dámus in pa-ce. *Et Chorus respondet : In nómi-ne Christi.*



Amen.

2. *Tunc in Processione pergitur ad novum Conventum, sub cantu  
Litaniarum Ordinis, modo simplici, p. 308. Cum ad portam  
Conventus pervenerit Celebrans cantat :*

¶. Pax huic dómui.

¶. Et ómnibus habitántibus in ea.


*Dein intonat Ant. Aspérges me, p. 367; et Religiosi prosequuntur  
addentes primum versum Ps. Miserére cum Glória Patri; in fine  
repetunt Ant. Aspérges, et sequuntur dueae Orationes.*

3. *Post Orationem Dómine Iesu Christe, qui Apóstolis, iterum  
cantatur Aspérges eodem modo ac supra. Tunc imponitur thus et  
dum aula incensatur Chorus cantat Ant. Incénsu[m] cum ¶¶. sequen-  
tibus Psalmi 140. Tunc sequitur ingressus, et omnes progrediunt ad  
aulam maiorem Conventus.*




NCÉNSUM istud, \* a te be-ne-dí-ctum, ascéndat ad te

## Benedictio novi Conventus.



Dómi-ne : et descéndat super nos mi-sé-ri-cór-di-a tu-a.



E u o u a e.

### Psalmus 140.

**D**IRIGÁTUR, Dómine, orátko  
mea sicut incénsum in  
conspéctu tuo : \* elevátio má-  
nuum meárum, sacrificíum ve-  
spertínum.

Pone Dómine custódiam ori  
meo : \* et óstium circumstán-  
tiae lábiis meis.

Non declínet cor meum in  
verba malítiae, \* ad excusán-  
das excusatiónes in peccátis.

Glória Patri.

4. Post duas Orationes sancta Crux in loco apto affígitur; iterum dicuntur duae Orationes, quibus finitis totus Conventus aspergitur, Choro interim cantante Ant. Congregávit cum Ps. 83 Quam dilécta, p. 302, cui pro temporis exigentia addi poterit Ps. 90. Qui hábitat.

Ant.

6. c

C

ONGREGÁ-VIT nos in u-num Christi amor : time- á-

mus, et amé-mus Christum De- um : u-bi cá-ri-tas et a-mor

De-us i-bi est. E u o u a e.

### Psalmus 90.

**Q**ui hábitat in adiutorio Al-  
tíssimi, \* in protectióne  
Dei caeli commorábitur.

Dicit Dómino : Suscéptor  
meus es tu et refúgium meum : \*  
Deus meus, sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de  
láqueo venántium, \* et a verbo  
áspero.

Scápolis suis obumbrábit ti-  
bi : \* et sub pennis eius sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas  
eius : \* non timébis a timóre  
noctúrno.

## Benedictio novi Conventus.

A sagíitta volánte in die, † a negótio perambulánte in ténebris : \* ab incúrsu, et daemónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mille, † et decem míllia a dextris tuis : \* ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis : \* et retributióнем peccatórum vidébis.

Quóniam tu es Dómine spes mea : \* Altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum : \* et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandávit de te : \* ut custódiant te

in ómnibus viis tuis.

In máníbus portábunt te : \* ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem et basilíscum ambulábis : \* et conculcábis leónem et dracónem.

Quóniam in me sperávit, liberaró eum : \* prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiām eum : † cum ipso sum in tribulatióne : \* erípiam eum et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum : \* et osténdam illi salutáre meum.

Glória Patri.

*Post Psalmum repetitur Antiphona, et Celebrans cantat :*

V. Ecce quam bonum et quam iucúndum.

R. Habitáre fratres in unum.

*Sequitur Oratio et benedictio.*



# EPILOGUS CRITICUS.

(*Omnia iura reservantur.*)

---

## Accedamus ad Cor.

Ant. ad *Benedictus* Officii Dedicat. Basilicae SS. Cordis Montis Martyrum, ex Proprio Parisiensi; melodia composita ab A. Gastoué.

## Accedite et edite.

Transitorium (= Antiphona ad Communionem) antiquum ex Liturgia Ambrosiana pro Feria II in Albis.

## Ad te o Sancta.

Ant. ad *Benedictus* Officii B. M. V. Auxiliatricis.

## Adoramus te.

Textus prout in sua Regula a S. P. N. Francisco proponitur; moduli musici a fr. E. Bruning O. F. M.

## Adoremus I.

Adaptatum solitis formulis Mod. 5.

## Adoremus II.

Adaptatum Invitatorio Paschatis *Surrexit Dominus vere.*

## Adoro te I, II.

Cum usus ostendendi S. Hostiam et S. Calicem in Elevatione Missae ubique diffundebatur saec. XIII-XIV, e parte fidelium variae exortae sunt preces et orationes, *Adoro te, Ave verum, Salve lux mundi*, e. a. Hymnus *Adoro te* non invenitur ante saec. XIV, nec est opus S. Thomae Aq. Demum post Missale Pii V (1570) ubique diffunditur. Cfr. Dom A. Wilmart O. S. B. *Auteurs spirituels et textes dévots du moyen âge latin*, Paris, 1932, 361-414. Melodia I ex Processionalibus saec. XVIII; melodia II est traditionalis in parte occidentali Germaniae (*O Christ, hie merck*, Cölner Gesangbuch 1623), in Belgio et in Hollandia.

## Alleluia. Cum dilexisset.

Mss. antiqua exhibent pro Solemnitate Paschatis cantum triumphalem ipsius Alleluia : *Alleluia : Lapis revolutus est, alleluia, ab ostio monumenti, alleluia, alleluia. Alleluia : Quem quaeris, mulier, alleluia, viventem cum mortuis? alleluia, alleluia. Alleluia : Noli flere Maria, alleluia; resurrexit Dominus, alleluia, alleluia.* Vide Dom. I. Pothier O. S. B. († 1923) *Trois antennes pasciales in Revue du Chant grégorien* 8 (1900), 121-126.

Dom. P. Ferretti O. S. B. († 1938) cantum correxit ex ulteriore Codicim examine eumque ornavit novo textu eucharistico, deprompto ex Evangelio S. Ioannis.

## Alleluia. O Clara.

Imitatio *Alleluia. O patriarcha*, festi S. P. N. Francisci, saec. XIII<sup>med.</sup>.

## Epilogus criticus.

### **Alleluia. Virgo Clara.**

Imitatio *Alleluia. Virga Iesse*, saec. XI.

### **Alma Redemptoris I.**

Cantus saec. XI; ex schola Sangallensi, probabiliter ab Hermanno Contracto (1013-1054).

### **Alma Redemptoris II.**

Cantus saec. XVII.?

### **Asperges me.**

Melodia originalis huius Antiphonae, saec. X.

### **Attende Domine.**

¶. *Attende* et moduli musici ex Processionali Parisiensi a. 1824. Versus *Ad te Rex*, etc. deprompti sunt ex antiquis Precibus litanicis Liturgiae Mozarabicae.

### **Ave Maria.**

Textus sub hac forma *Ave Maria... Sancta Maria, Mater* etc. inventur in variis fontibus saec. XV<sup>in</sup>; pro usu liturgico prima vice (?) reperitur in Breviario Franciscano, impresso Parisiis apud Thielmann, a. 1521. Melodia est solita formula Antiphonarum 1 Mod.

### **Ave maris stella I.**

Hymnus Vesperarum de Communi Fest. B. M. V. Textus adscribetur Venantio Fortunato, Episc. Pictaviensi († 606), sed probabilius est post saec. IX-X. Melodia originalis est ea quam praebet Antiph. Roman. 2<sup>o</sup> loco (Mod. IV); musica quae traditur 1<sup>o</sup> loco, quamque nos retinuimus 1<sup>o</sup> loco, est initii saec. XII; forte est originis gallica.

### **Ave maris stella II.**

Melodia secundum traditionem Fratrum Praedicatorum, saec. XIII.

### **Ave Regina I.**

Cantus saec. XII, auctoris ignoti; mixtio modus VI et VIII, typica pro saec. XII. Vide *Revue du Chant grégorien*. 11 (1903) 117-123.

### **Ave Regina II.**

Moduli musici adaptati antiquo cantui Epistolae Paschatis, saec. XI.

### **Ave Roche.**

Antiphona in honorem S. Rochi contra pestem; Mone eam edidit in *Hymni latini medii aevi*, III, Friburgi Brisg. 1855, 493, n. 1142 ex Codice « *Livre d'heures* », saec. XV. Melodia est adaptatio Ant. *O Stupor* (vide ibid.).

### **Ave verum Corpus.**

Oratio rhythmica « ad Elevationem » oriunda circa 1300 et magis diffusa quam *Adoro te* (vide Annotationes ibid); cfr. tamen A. Gastoué, *Revue du Chant grégorien*. 38 (1934) 165-166; melodia a saec. XIV (?).

## Epilogus criticus.

### Beata Dei Genitrix.

Ant. ad *Benedictus* Officii B. M. V. in Sabbato; ex antiquo Antiphonali Romano temporis S. Gregorii I (590-604).

### Beata Mater.

Ant. ad *Magnificat* Officii B. M. V. in Sabbato; ex antiquo Antiphonali Romano temporis S. Gregorii I (590-604).

### Benedic Domine.

Adaptatio nova formulis Mod. III, quam fecerunt Benedictini Soles menses pro nova Ritualis Romani editione apud Desclée & Cie, 1926.

### Benedicat nos.

Antiphona saec. IX ex antiqua Liturgia Gallicana, in honorem SS. Dionysii et Sociorum; loco nominum istorum Sanctorum positum est nomen S. P. N. Francisci. Cfr. A. Gastoué, *Le chant gallican*, Grenoble, 1939, 44-46.

### Benedictum sit.

Laudes SS. Cordis, adaptatae cantui « *Gloria in excelsis* » Liturgiae Ambrosianae saec. XII.

### Caelorum candor I.

« Dominus Reynherius de Viterbio [Cappocci] memorate Ecclesiae cardinalis fecit... Antiphonam *Caelorum candor* ». Ita Cod. Vat. lat. 4354, f. 112, saec. XIV<sup>ex</sup>. Vide *Anal. Francisc.* X, p. XLVII, s. Ad Claras Aquas, 1926-1641. In Capitulo Generali Narbonensi decretum est ut « cantetur interdum in Vesperis *Caelorum candor*, in commemoratione B. P. N. Francisci ». (S. Bonav. *Opera Omnia*, VIII, Ad Claras Aquas, 1898, 465). Salimbene dicit : « Consideravi autem quod, quando fratres illi [Alverniae] faciunt commemorationem de beato Francisco, semper in Matutinis dicunt Antiphonam illam *O martyr desiderio*, et in Vespere *Caelorum candor*, pro eo quod in istis duabus Antiphonis fit mentio de apparitione seraphica, et semper in principio illarum duarum Antiphonarum fratres genua flectunt ». (*Chronica* ed. O. Holder-Egger in : *Monumenta Germanica* : SS. XXXII, Hannoverae 1905-1913, p. 556). Cfr. et A. van Dijk O. F. M. *Il carattere...* in *Eph. Lit.* LX (1945) 315 ss. Saec. XV<sup>ex</sup> ista Antiphona sumpta est pro Ant. ad *Magnificat* (I Vesp.) in Officio Ss. Stigmatum ; a. 1785 textus originalis : *signans eum charactere* mutatus est in : *obsignans eum vulnere*; in damnum autem « gregorianitatis » melodiae.

### Caelorum candor II.

Melodia Hymni *Iesu corona virginum*.

### Caelorum candor III.

Adaptatio nova formulis Mod. I., facta a fr. E. Bruning O. F. M.

### Cantate Domino.

Antiphona ex antiquo Antiphonali Romano temporis S. Gregorii I (590-604), cui additum est Canticum *Magnificat* modulo solemnier.

## Epilogus criticus.

### Caput draconis.

Insimil cum Sequentia *Laetabundus Francisco*, haec Sequentia, etsi non universaliter, fere ab initio Ordinis cognoscebatur. Utraque praescribitur in Capitulo Generali Argentorati 1282. « Item quod cantentur Sequentiae de B. Francisco *Laetabundus et Caput draconis* quam composuit dominus Gregorius IX. » Vide Glassberger (*Anal. Francisc.* II, 96-97; cfr. l. c. X, p. XLVII, s.). Etiam Salimbene Gregorium IX auctorem vocat : « Iste dominus Papa Gregorius nonus... ad honorem B. Francisci fecit... prosam *Caput draconis ultimum...* ». *Chronica*, ed. cit. p. 363<sup>20</sup>. Idem testantur Bartolom. de Pisa, *De Conformatitate*, lib. 1, fr. 2, p. 2, in *Analecta Francisc.* IV, 72; et Wadding, *Annales* ad a. 1228 n. 78, qui eam vocat : « prosa illa, olim solemnis ». Moduli musici quasi typum ostendunt musicae « gregorianaæ » saec. XIII.

### Christum Regem.

Textus S. Thomae Aquinat. Invitatorium ex Officio Corp. Christi, coniunctum cum aliquibus versibus Psalmi « eucharistici » 33., formula psalmodica antiqua.

### Christus vincit.

Acclamations oriundae ex Gallia, saec. IX. Cfr. A. Gastoué, *Le chant gallican*, Grenoble, 1939, 61. Vide et *Revue du Chant grég.* 26 (1922), 1-8; 84-85; 29 (1925), 151-153; 30 (1926), 130-133.

### Coenantibus illis.

Respons. IV ex Officio Corp. Christi, saec. XIII adaptatum Respons. *Qui cum audisset*, antiqui Officii S. Nicolai, saec. XI.

### Concinat plebs.

Hymnus Vesperarum Officii S. Clarae.

S. Clara ab Alexandro IV, die 26 Sept. 1255, in Sanctorum numerum relata est. Secundum Chronologiam Histor. Legalem I, 27. idem Papa « fecit Hymnos eius et Collectas ».

### Confirma hoc.

Ant. II ex Matutino Officii Pentecostes. Adaptatio melodiae typicalae Gregorianaæ, ex antiquo Antiphonali Romano.

### Congregavit.

Aliquae strophae e cantu antiquo « ad Mandatum », oriundo probab. e Verona saec. IX ; cfr. Wilmart, *Auteurs spirituels...* Paris 1932, 26-36.

### Cor Iesu amantissimum.

Ant. ad *Benedictus* Officii SS. Cordis Iesu, ex Proprio Massiliensi.

### Cor Iesu caritatis victima. I-II.

Textus deprompti ex Evangelio S. Ioannis. Modus musici sunt formulae antiquae psalmodicae.

## Epilogus criticus.

### Crucem tuam.

Traductio et partim variatio latina Antiphonae Τὸν σταυρόν quae cum aliis Ant. tamquam Introitus habebatur Missae Praesanctificatorum Fer. VI in Parasceve in antiquo ritu Beneventano. Cfr. R. J. Hesbert O. S. B. *L'Antiphonale Missarum dans le rit bénéventain*, in *Eph. Lit.* 60 (1946) 104-116; E. Wellesz, *Eastern elements in Western chants*, Oxford 1947, 25, ss.

### Crucis appareat I.

Ant. ad *Magnificat* (I Vesp.) in Officio Ss. Stigmatum S. P. N. Francisci, quod exortum est ad a. 1480-1490. (Cfr. Bruning, *De vroegere Misformulieren...* in *Collectanea franciscana Neerlandica*, 's-Hertogenbosch, 1927, p. 109-110). Melodia invenitur passim in Antiphonalibus italicis.

### Crucis appareat II.

Melodia ex libris Galliae et Belgii.

### Crucis Christi I.

Hymnus Vesperarum Officii Ss. Stigmatum S. P. N. Francisci. Moduli musici sunt Hymni S. Crucis : *Pange lingua gloriosi lauream certaminis*, saec. VIII.

### Crucis Christi II.

Modulis Hymni Dedicationis *Urbs beata Ierusalem* (versio antiqua Hymni *Caelestis Urbs Ierusalem*) nostris regionibus decantabatur Hymnus *Crucis Christi*.

### Da pacem.

Antiphona antiqua, « pro Pace », ex Antiphonali Romano, temporis S. Gregorii I (590-604).

### Decus morum.

Hymnus ex II Vesp. Officii S. P. N. Francisci (4 Oct.). « Dominus Thomas cardinalis qui fuit de Capua... ad honorem B. Francisci fecit Hymnum... *Decus morum...* litteram tantum ». Salimbene, *Chronica*, ed. cit. p. 384. Moduli musici probabiliter concinnati sunt a fr. Iuliano Sprensi O. F. M. Vide annotat. ad *O Martyr et Anal. Francisc.* X, p. XLVII, s.

### Deus tuorum militum.

Textus saec. VI.

### Dignum canentes.

Ex liturgia Ambrosiana.

### Domine quando veneris.

Respons. III Officii Defunctorum ; post saec. IX (?).

### Dominus Deus.

Ant. ad *Benedictus* Officii Ss. Martyrum Gorcom. Melodia nova formulis Mod. VII, facta a fr. E. Bruning O. F. M.

## Epilogus criticus.

### Duce caelesti.

Ant. ad *Magnificat* (I Vesp.) Officii S. Clarae, probabiliter a. 1255.  
Moduli musici deprompti sunt ex Ant. *Plange turba paupercula*.

### Ecce fidelis.

Antiphona ad *Magnificat* (II Vesp.) Officii S. Ioseph, compilata  
a P. Iuan de Escallar de la Concepción, Ord. Carm., et approbata a S. Rit.  
Congr. 21 Nov. 1671. (Cfr. *Revue Grégor.* XI (1926), 1-12). Melodia est  
adaptatio solitis formulis Mod. VIII, facta a Dom. I. Pothier O.S.B. († 1923).

### Ecce quam bonum.

Adaptatio formulis Mod. VI, facta a fr. E. Bruning O. F. M.

### Ecce Sacerdos.

Respons. ex antiquo Antiphonali Romano temporis S. Gregorii I (590-604).

### Ego sum panis.

Ant. ad *Benedictus* in Officio Corp. Christi : adaptata Ant. *Pax*  
(*aeterna...*) *huic domui* ex antiquis Ritualibus gallicis pro Dedicatione;  
saec. XI. Hanc Ant. vide in *Processionale Monasticum*, Solesmis 1893, 240;  
et in *Antiphonale Rom.* ed. Desclée 1924; p. 209\*.

### Ego sum Resurrectio.

Ant. ad Laudes Officii Defunctorum. Musica iam in antiquo Antiphonali  
Romano temporis S. Gregorii I (590-604).

### Eia Mater.

Respons. VIII Officii Septem Dolorum B. M. V. (Tempore Passionis).

### En gratulemur.

Hymnus Vesperarum Officii S. Antonii Pat., quod fr. Iuliano Spirensi  
O. F. M. addicunt; certe existebat ante a. 1254.

### En vernant.

Antiphona in honorem Omnis Sanctorum Ordinis, praescripta  
a Capitulo Generali familiae Ultramontanae Basilensi a. 1454; et revocata  
a Capitulo Generali eiusdem familiae, congregato Burgis a. 1484. Vide  
*Francisci floret.*

### Exaltavit Dominus.

Ant. ad *Magnificat* (II Vesp.) Officii Ss. Martyrum Gorcom.  
Melodia deprompta ex Antiphonali Fratrum Praedicatorum.

### Exsultabunt Domino.

I. Ant. ad Laudes Officii Defunctorum, adaptata solitis formulis Mod. I.

### Exsurge Domine.

Antiquissima Antiphona processionalis, quae praecebat Litanias; certe  
temporis S. Gregorii I (590-604).

## Epilogus criticus.

### Felix namque es.

Respons. VII Matutini, de Communi Festorum B. M. V.; ex antiquo Antiphonali Romano temporis S. Gregorii I (590-604).

### Fortem virili pectore.

Textus saec. XVI, Cardinalis Silvii Antonii.

### Francisce Christi signifer.

Textus ex libris choralibus recentioribus (inde a saec. XVIII) Italiae; melodia est cuiusdam Hymni medii aevi; invenitur etiam in Hymno *Gaude Mater Ecclesia* in festo S. Dominici (4 Aug.).

### Francisce quali cuspide.

Textus ex Rituali Ordinis ed. 1910. Melodia nova a fr. E. Bruning O. F. M.

### Francisci floret hortulus.

« In Capitulo Generali in conventu Burgensi provinciae Franciae anno Domini 1484 celebrato ordinatum est quod ob reverentiam Sanctorum nostri Ordinis, Antiphonae sequentes in Vesperis et Matutinis cum versiculis et orationibus post Commemorationem B. P. N. Francisci suo tempore ubique uniformiter cantentur vel legantur. Antiphonae sunt ad Vespertas : *Francisci floret hortulus*, etc. Ad Benedictus : *Vos Sancti Dei inclyti*, etc. ¶. *Orate omnes Sancti*. Rq. *Ut perfruamur*, etc. Oratio : *Omnipotens sempiterne Deus qui ecclesiam tuam variis Sanctorum meritis*, etc. Per hanc ordinationem fuit revocata alia constitutio in Capit. Basileae, aº Di 1454 celebrato, ordinata : quod aliam Antiphonam ponebat, scil. *En vernant rutilant*, etc. » *Monum. Ord. Minor. Salamancae*, 1506. Tract. 3, f. 259<sup>b</sup>.

Papa Sixtus IV vivae vocis oraculo « ad supplicationem R. P. Vicarii Generalis Petri de Neapoli aº Di 1481 concessit... quod possumus dicere Commemorationes Omnium Sanctorum Ordinis nostri sub una Antiphona. » *Monum. Ord. Min. ed. cit. f. 63<sup>b</sup>*.

### Gaude Dei Genitrix.

Laudes antiquae B. M. V.; ex antiquo Antiphonali Romano temporis S. Gregorii I (590-604).

### Gaude et laetare.

Transitorium (= Antiphona ad Communionem) in festo Epiphaniae ex Liturgia Ambrosiana. Sequuntur adhuc verba : « *Mare Dominum vidi et timui, unde obviam veniunt ut adorarent eum : hoc videns Petrus clamabat dicens : Misere mei Deus, quae verba hic omissa sunt.* »

### Gaude felix Padua.

Ant. ad *Benedictus* Officii S. Antonii Pat., quod fr. Iuliano Spirensi O. F. M. addicunt; certe existebat ante a. 1254.

## Epilogus criticus.

### Gaude Virgo.

Cantus in honorem B. M. V. «che si canta nel Tempo Pasquale dopo le Litanie in cambio del Tota pulchra», ita P. Fabr. Tettamanzi O. F. M. in «*Breve metodo...* Milano, 1726.»

### Gemma lucens.

Sequentia saec. XVI-XVII in honorem S. Antonii. Est imitatio Resp. *Tota pulchra*. Ex libro Graduali Monialium S. Elisabeth, quod conservatur in museo S. Marci Florentiae, sub n. 610 (olim 96); habetur in additione chartacea f. 6. Inveniebatur etiam in libro chorali quod conservabatur in archivio domus paroecialis S. Rosaliae Roterodami; incendio 1940 dirutum.

### Gloriosi iam per orbem.

Sequentia ex Missali ms. S. Felicitatis, Cod. Florentino, Bibl. Lauren-tiana, Conv. Suppr. 233, f. 240v-241r. Textus imitatur Sequentiam saec. XII in hon. S. Mariae Magdalena; melodia est Sequentiae *Orbis totus unda lotus*. (Prévost, *Recueil des séquences d'Adam le Breton*, Ligugé, 1901, p. 233).

### Gustate et videte.

In antiquissima Liturgia Occidental et Orientali (iam praescribitur in «Constit. Apostol.» 8, 13.), ad Communionem fidelium semper cantandus erat ps. 33. *Benedicam totus vel pars tantum*, prout tempus distributionis SS. Eucharistiae durabat. Semper autem adnectebatur *V. Gustate et videte*, et ita quidem ut populus repeteret Ant. *Gustate*, et Cantores intercalarent «psalmi Versus ad repetendum».

### Haec est praeclarum vas.

Auctor videtur esse Thomas Hemerken a Kempis († 1471). Invenitur inter «Cantica» quae habes in Vol. IV *Thomae Hemerken... Opera omnia*, ed. M. J. Pohl, Friburgi Brisg. 1918. 348. Non multo post addiderunt (non ubique) verba *a peste et subitanea morte, et ab omni tribulatione [sanctis tuis precibus] liberatos*, et facta est invocatio contra pestem; olim universalis usu recepta in Hollandia, etiam in Belgio cognoscebatur. Canticabatur vel recitabatur immediate post Missam (conventualem).

### Hi accipient.

Ex Pontificali Romano.

### Homo quidam.

Respons. VIII Dominicae infra Octavam Corp. Christi; saec. XIII adaptatum modulis musicis, quos saec. XI composuerat Ainardus, Abbas S. Petri (S. Pierre sur Dives) pro Respons. *Virgo flagellatur* antiqui Officii S. Catharinae. Vide hoc Respons. in *Processionale Monasticum*, Solesmis 1893, 214. Cfr. *Revue du Chant grégorien* 5 (1896) 49-54; 18 (1910) 172-173.

## Epilogus criticus.

### Hymnum Deo.

Hymnus ex antiquo Officio S. Elisabeth Hung. Melodia est Hymni *Crux fidelis*.

### Iesu Christo.

Laudes rhythmicae Verbi Incarnati cum modulis musicis simplicibus.

### Iesu corona Virginum.

Textus saec. V (?).

### Iesu decus angelicum.

Hymnus ad Laudes Officii SS. Nominis Iesu; melodia est Hymni *Iesu corona celsior* 3. loco; textus S. Bernardi. († 1153). Vide annotat. pro *Iesu dulcis memoria*.

### Iam non dicam.

Respons. ex Feria II post Pentecosten, ex antiquo Antiphonali Romano temporis S. Gregorii I (590-604).

### Iesu dulcis memoria I.

Hymnus ad Vesperas Officii SS. Nominis Iesu. Textus S. Bernardi († 1153). Cfr. A. Wilmart O. S. B. *Le «jubilus» sur le nom de Jésus, d'après saint Bernard*, in *Eph. Lit.* LVII (1943) 1-285.

### Iesu dulcis memoria II.

Melodia est Hymni *Iesu Redemptor omnium* (Nativitas Dni.), saec. VI.

### Iesu lux vera mentium.

Hymnus ad Laudes Officii S. Antonii Pat., quod fr. Iuliano Spirensi, O. F. M. addicunt; certe existebat ante a. 1254.

### Iesu nostra refectio.

Hymnus ex antiquo quodam Officio Corp. Christi. Textus depromptus est ex Antiphonali (probabiliter O. E. S. August. Paris.) Bibl. Nat. Paris. 14816, saec. XIII; Officium vero istud Corp. Christi est saec. XIV.

### In paradisum.

Textus certe saec. III; musica iam in antiquo Antiphonali Romano temporis S. Gregorii I (590-604); probabiliter antiquior.

### In potentia.

Ant. ad *Magnificat* (I Vesp.) Officii Ss. Martyrum Gorcom. Melodia deprompta ex Antiphonali Fratrum Praedicatorum.

### In principio.

Ex liturgia Ambrosiana.

### Incensum istud.

Adaptatio nova formulis solitis Mod. VII. facta a Benedictinis Solesmensibus pro Ritualis Rom. editione, quam procuravit Desclée & Cie, 1926.

## Epilogus criticus.

### **Induit me.**

Adaptatio melodiae typicae Mod. VII.

### **Invicem se hortabantur.**

Ant. ad *Magnificat* (I Vesp.) Officii Ss. Danielis et Soc. (10 Oct.).  
Adaptatio nova solitis formulis Mod. VII, facta a fr. E. Bruning O. F. M.

### **Inviolata integra.**

Prosa seu tropus, inde a saec. XI usu receptus super modulos musicos quibus in Respons. *Gaudc Maria Virgo* verbum *inviolata* ornabatur. Cfr. Wagner, *Einführung* I, Leipzig 1911, 293. et Gastoué, *Cours théorique et pratique*, ed. 2, Paris 1917, 74.

### **Ioseph Fili David I.**

Communio ex Missa 19 Martii, approbata probabiliter insimul cum novo S. Ioseph Officio 21 Nov. 1671; moduli musici sunt adaptati Communioni *Erubescant a Dom.* I. Pothier O. S. B. († 1923).

### **Ioseph Fili David II.**

Antiphona Officii S. Ioseph, confecti a P. Iuan Escallar de la Concepción, Ord. Carm., approbatи a S. Rit. Congr. 21 Nov. 1671; in huius Officii reeditione, a. 1714 peracta ab ipso Clemente XI, huic Antiphonae praemissa sunt verba: *Angelus Domini apparuit Ioseph, dicens.* (Cfr. *Revue Grégor.* XI (1926), 1-12).

### **Ioseph Fili David III.**

Ant. ad *Benedictus* Officii Patrocinii S. Ioseph, instituti 6 Apr. 1680, compositi a P. Iuan Escallar de la Concepción, Ord. Carm. Melodia est adaptatio solitis formulis Mod. VII.

### **Iste Confessor I.**

Textus saec. VIII-IX, originaliter in honorem S. Martini; melodia probabiliter antiquior.

### **Iste Confessor II.**

Melodia probabiliter ante saec. VIII.

### **Iste quem laeti.**

Hymnus attribuitur R. P. Iuan Escallar de la Concepción, Ord. Carm. et approbatus a. S. Rit. Congr. 21 Nov. 1671. Cfr. *Revue Grégor.* XI (1926), 1-12; Wilmart, *Auteurs spirituels...* Paris, 1932, 559-570. *Eph. Lit.* 64 (1950) 293.

### **Kyrie eleison... Domine miserere.**

Preces litanicae pro Triduo Sacro, quae cantabantur post Antiphonam ad *Benedictus*, attributae Papae Adriano II (867-872).

### **Laetabundus exsultet.**

Celebris Sequentia de Nativitate Dni, a saec. XI fere ubique recepta. Cfr. *Revue du Chant grégor.* 10 (1901) 65-72.

## Epilogus criticus.

### Laetabundus Francisco.

Haec Sequentia, iam permissa a Cap. Gli Metensi (1254), praescripta est a Cap. Gli Argentini (1282) « quod cantentur Sequentiae de B. Francisco, *Laetabundus*, etc... », Glassberger, *Analecta Franc.* II, 96-97; vide et X, p. XLVII, ss.; A. van Dijk O. F. M. *Notae quaedam...* in *Eph. Lit.* 54 (1940) 137, 140 ss. « Antiquam prosam quae incipit : *Laetabundus...* edidit Thomas Capuanus Cardin. Presb. » Wadding, *Annales ad a. 1228*, n. 78. Textus est ex plus quam 100 imitationibus Sequentiae Nativitatis Dñi *Laetabundus*, (vide ibi); et invenitur in plurimis Missalibus Franciscanis.

### Laetare alma Mater.

Textus?; moduli musici compositi sunt a Dom. I. Pothier O. S. B. († 1923).

### Lauda Sion.

Textus S. Thomae Aquinat., Sequentia ex Missa de Festo Corporis Christi. Imitatur, tam structura litteraria quam musica, Sequentiam *Laudes Crucis attollamus* Adami a S. Victore, saec. XII.

### Libera me.

Respons. IX Officii Defunctorum, saec. X<sup>ex</sup>. In origine decantabatur cum plurimus *vv.* (vide i. v. *O quantum*) in delatione cadaveris ad coemeterium. (Cfr. *Revue du Chant grégorien*. XIII (1904), 66 ss.).

### Litaniae SS. Cordis I.

Plures invocations deprompta sunt ex libro aliquo P. Croiset S. I. (1691); aliae ex libro pio Annae Mariae de Remusat (1718); denique 2 Apr. 1899 pro universa Ecclesia approbatae sunt. Melodia ex libris Solesmensibus.

### Litaniae SS. Cordis II.

Melodia ex libris Solesmensibus.

### Litaniae Lauretanae I.

Inde a saec. XV variis sub formis usu receptae erant. Sub forma actuali (praeter nonnullas additiones posteriores) jam impressae sunt a. 1558 in Dillingen, probabiliter opera S. Petri Canisii. Melodia traditionalis.

### Litaniae Lauretanae II.

### Litaniae Lauretanae III.

Melodia *Kyrie et Agnus Dei* ex Missa XVI et X, cetera sunt nova.

### Litaniae S. Ioseph.

Approbatae a S. R. C. 18 Mart. 1909 Melodia ex libris Solesmensibus.

## Epilogus criticus.

### Litaniae SS. Nominis.

Inde a saec. XV<sup>in</sup> variis sub formis Litaniae SS. Nominis in usu erant, quae praesertim a Ss. Bernardino Senensi et Ioanne a Capistrano divulgabantur. Demum 23 Mart. 1876 sub forma actuali a S. R. C. approbatae sunt. Melodia partim ex libris Solesmensibus, partim nova.

### Litaniae Omnia Sanctorum.

#### Ludovicus ut amicus.

Hymnus in honorem S. Ludovici Episc. I Ord. Festum eius institutum est saec. XIV; a Capit. Gener. Massiliensi a. 1343 fuit « ordinatum quod in festo S. Ludovici Ep. et Conf. diceretur Officium compositum per dominum Robertum, regem Siciliae, fratrem eius ». *Monumenta Ord. Min. Salamanc.* 1506, Tract. 3, f. 258<sup>a</sup>. In Codicibus plura Officia de isto Sancto inveniuntur. Hymnus : *Ludovicus ut amicus*, reperitur in pluribus manuscriptis et Breviariis impressis saec. 15<sup>ex</sup>; melodia, forma metrica et poetica imitatur celebrem Hymnum *Decus morum* (vide ibid.).

#### Magnificat in tono solemni.

Mod. I-VIII. Hae formulae psalmodicae circa saec. X fixae sunt.

#### Magnificat cum Alleluia.

Tonus antiquus, quo quidam Psalmi decantabantur in certis solemnitatibus.

#### Magnum et salutare.

Confractorium (= Antiphona cantanda post fractionem et commixtionem Corporis et Sanguinis Domini) antiquum ex Liturgia Ambrosiana pro Nativitate Domini.

#### Mane surgens.

Adaptatio nova formulis solitis Mod. VIII, quam fecerunt Benedictini Solesmenses pro nova Ritualis Rom. editione apud Desclée & C<sup>ie</sup>, 1926.

#### Maria cui nil Filius I.

Hymnus Vesperarum Officii Dedicat. B. M. V. Angelorum, de Portiuncula dictae (2 Aug.). Moduli musici sunt saec. XIII, Hymni *Exsultet orbis*.

#### Maria cui nil Filius II.

Melodia Hymni *O gloriosa*.

#### Maria Virgo.

Antiphona ex antiquo Antiphonali Romano temporis S. Gregorii I (590-604).

#### Martyrum virtus.

Hymnus ad Vespertas Officii Ss. Martyrum Gorcom. Melodia deprompta ex Antiphonali Fratrum Praedicatorum.

## Epilogus criticus.

### Media vita.

Olim attribuebatur Notkerio Balbulo († 912); videtur vero exorta esse saec. X tamquam Antiphona pro Cantico *Nunc dimittis* ad Completorium; in aliquibus locis in Sabbato post Dom. III Quadrag.; in Anglia a Dom. III Quadrag. usque ad Dom. Passionis; in Turinis Gall. ultimo die anni.

Adhibebatur etiam tempore calamitatis et tribulationis, imo tamquam formula imprecatoria contra praepotentes. Cantus iste per totum medium aevum ita famosus erat, ut populus vim miraculosam ei adiudicaret. Cfr. P. Wagner, *Das Media Vita*, in *Schweizer. Jahrbuch für Mus. Wissenschaft* (1924), 18-40; U. Berlière, O. S. B. *L'antienne Media vita au moyen âge*, in *Revue liturg. et monast.* 11 (1926), 125-128, 188 s.; E. Rieland O. P. *De Completorio fratrum Praedicatorum* in *Eph. Lit* 59 (1945) 156-170; M. Palacios O. S. B. *El responsorio « Media vita »* in *Liturgia (Silos)* 3 (1948) 12-17.

### Memorare.

Invocationes depromptae ex libris S. Bernardi, et sub hac forma divulgatae inde a saec. XV<sup>ex</sup>.

### Minorum gaudet contio.

Ss. Protomartyrum Ordinis Officium, concessum a Sexto IV, a. 1481, confecit Ioannes Tisserandus O. F. M. († 1494, Parisiis). Hymnus *Minorum gaudet contio*, cuius initium originaliter sonat: *Romana gaudet natio*, est probabiliter eiusdem auctoris. Cfr. Blume, *Analecta hymnica*, XIII, n. 423-425. Melodia est Hymni *Placare Christe servulis*.

### Miserere (Ps.) I.

Moduli musici secundum cantum traditionalem in Belgio et Hollandia.

### Miserere et parce.

Moduli musici facti a Dom. I. Pothier O. S. B. († 1923).

### Misericordia Domini.

Ant. ad *Magnificat* (I Vesp.) antiqui Officii SS. Cordis Iesu secundum Breviarum Romano-Seraph.; formulae solitae Mod. I.

### Misit me.

Respons. VIII ex Officio Corp. Christi, pro magna parte adaptatum  
Respons. *Verbum caro*.

### Mitte Domine.

Antiphona quam in Brasilia cantant ad Laudes Vespertinas *pro vocationibus*; moduli ad normam gregorianam concinnati sunt a fr. E. Bruning O. F. M.

### Ne recorderis.

Respons. VI ex Officio Defunctorum; post saec. VIII (?).

## Epilogus criticus.

### Nocte iam vulsa.

Hymnus ad Laudes Officii Ss. Martyrum Gorcom. Melodia ex Antiphonali Romano.

### Nos autem.

Responsorium ex Liturgia Ambrosiana pro Inventione S. Crucis.

### O admirabile nomen.

Adaptatum Antiphonae *O Crux splendidior* (Inventio S. Crucis), saec. VIII; ex *Processionale Monasticum*, Solesmis 1893, 123.

### O beata infantia.

Cantus ex antiquis Processionalibus Parisiensibus saec. XI.

### O beata Virgo.

Ant. ad *Magnificat* (I Vesp.) Officii Dedicationis B. M. V. Angelorum, de Portiuncula dictae (2 Aug.); adaptata melodiae Gregorianae typicae Mod. II a fr. E. Bruning O. F. M.

### O cor dulcissimum.

Ant. ad *Magnificat* (I Vesp.) Officii SS. Cordis Iesu, ex Proprio Massiliensi.

### O Crux benedicta.

Probabiliter compositum pro novo festo S. Crucis, introducto per S. Sergium I (687-701).

### O Crux frutex.

Versus mnemotechnici quos S. Bonaventura praemisit singulis suis meditationibus « Lignum Vitae » seu « Arbor Vitae » dictis; cfr. S. Bonaventurae *Opera omnia* VIII, Ad Claras Aquas, 1908. Strophae istae variis cantilenis ornatae sunt. Melodia quae hic datur est ex Cod. Berolinensi Theol. lat. oct. 31, p. 72, saec. XIV, qui concordat cum Codice originis italicae saec. XIII<sup>ex</sup> — XIV<sup>in</sup>.

### O Crux gloriosa.

Ex liturgia Praemonstratensium.

### O Crux splendidior.

Probabiliter compositum pro novo S. Crucis festo, quod S. Sergius I (687-701) instituit.

### O Doctor Seraphice.

Ant. ad *Benedictus* antiqui Officii S. Bonaventurae, usu recepti a saec. XVI<sup>in</sup> usque ad 1785 (?). Melodia est Antiphonae *O Stupor* (vide ibid.).

### O felicem virum.

Textus compositus a Ioanne Gerson, Cancellario ecclesiae Parisiensis, circa a. 1400.

## Epilogus criticus.

### O filii et filiae.

Textus adscribatur fr. Ioanni Tisserando O. F. M. († 1494, Parisiis); moduli musici sunt ex saec. XIII e regione Narbonensi; cfr. *Revue du Chant grégorien* 5 (1897) 163-165; et *L'Ami du Clergé* 60 (1950) 125-128.

### O Francisce Christiforme.

Ex Antiphonali ms. saec. XV, ex Cod. Bruxell. Bibl. Royale 6434, f. 106v. Estque imitatio *Stella maris, o María*, tropi super Resp. *O María clausa porta*, Officij de Conceptione. Cfr. Wagner, *Einführung III*, Leipzig 1921, 509-510.

### O gloriosa virginum.

Hymnus Laudum de Communi festorum B. M. V. Adscribitur Venantio Fortunato, Episc. Pictaviensi († 606); textus originalis incipit *O gloriosa Domina*, et differt aliquantulum.

### O Iesu perpetua lux.

Ant. ad *Magnificat* (II Vesp.) Officij S. Antonii Pat., quod fr. Iuliano Spirensi O. F. M. addicunt; certe existebat ante a. 1254.

### O martyr desiderio.

Ant. ad *Benedictus* Officij S. P. N. Francisci (4 Oct.), compositi forsitan a. 1229, probabilius autem 1231-1232 a fr. Iuliano Spirensi O. F. M., magistro chori in conventu Parisiensi. Vide E. Bruning O. F. M. *Giuliano da Spira e l'Officio ritmico di S. Francesco*, Roma, 1930 (extractum e *Note d'Archivio anni 1927*) 1-11; *Anal. Francisc.* X, p. XLV-XLVI, Ad Claras Aquas, 1926-1941.

### O mundi domina.

Antiphona ex *Processionale Monasticum*, Solesmis 1893, 252; adaptata melodiae Gregorianae typicae Mod. II.

### O praeclarum mundi.

Ant. ad *Magnificat* infra Octavam S. Antonii Pat., saec. XIV. Universali usu recepta esse non videtur. Ex Breviario O. F. M., originis Mediolanensis, in Bibl. Nat. Paris. Lat. 760, f. 408v; item in Antiphonali O. F. M. Bibl. Antoniana Patav. sign. P. f. 66v.

### O proles Hispaniae.

Ant. ad *Magnificat* (I Vesp.) Officij S. Antonii Pat., quod fr. Iuliano Spirensi O. F. M. addicunt; certe existebat ante a. 1254.

### O quam glorifica.

Hymnus saec. X ex antiquo Officio Assumptionis B. M. V.

### O quam metuendus.

Ant. ad *Magnificat* (II Vesp.) Officij Dedicationis, compositi occasione Dedicationis Basilicae Romanae S. Mariae ad Martyres (Pantheon), a. 607, sub Bonifacio III.

## Epilogus criticus.

### O quam suavis.

Ant. ad *Magnificat* (I Vesp.) Officii Corp. Christi. Textus S. Thomae Aquinat., a. 1264. Moduli musici adaptati Ant. *O Christi pietas*, compositae ab Abb. Isemberto pro Officio proprio S. Nicolai saec. XI. Cfr. *Revue du Chant grégorien* 3 (1895) 148; 8 (1900) 189; 25 (1922) 108-116.

### O quantum.

*Processionale Monasticum*, Solesmis 1893, 157.

Pars prior *O quantum... pectus apertum* deprompta esse videtur ex S. Augustini, *De Virginitate*, c. 54, n. 55. Cfr. Bonaventura, *De perfectione vitae*, c. VI, n. 10 in *Opera omnia*, VIII, Ad Claras Aquas 1898, p. 123 et S. Bonaventura, *Soliloquium*, c. I, n. 39, o. cit. p. 41. Cfr. etiam Respons. in Festo VII Dolor. B. M. V. (temp. Passionis): *Omnis enim figura eius amorem spirat, et ad redamandum provocat caput inclinatum, manus expansae, pectus apertum*. Pars altera, a verbis *Fili Dei* usque ad finem cantabatur tamquam *V.* in Respons. *Libera me*, post *VV.* traditionales *Tremens factus sum, Dies illa et Quid ego*. Saec. XII-XIII. Melodia partis prioris est adaptatio partis alterae facta a Dom. I. Pothier O. S. B. († 1923).

### Oremus pro Pontifice.

Moduli musici a Dom. I. Pothier O. S. B. († 1923).

### O rex optime.

Ant. ad *Magnificat* (II Vesp.) Officii proprii S. Ludovici Regis ex Proprio dioceseos Blesarum (Blois).

### O sacrum convivium.

Ant. ad *Magnificat* (II Vesp.) Officii Corp. Christi.

Textus S. Thomae Aquinat. a. 1264; melodia deprompta est ex Antiphona Officii proprii S. Bernardi saec. XIII.

### O salutaris I.

Pars Hymni *Verbum Supernum*; (vide ibid.).

### O salutaris II.

Melodia cuiusdam Hymni medii aevi; invenitur etiam in Hymno *Gaudete Mater Ecclesia*, in festo S. Dominici (4 Aug.).

### O salutaris III.

Melodia quae saec. XIII invenitur pro Hymno *Exsultet orbis*.

### O salutaris IV.

Melodia Hymni *Beata nobis gaudia* (Laudes Officii Pentecostes).

### O salutaris V.

Melodia Hymni *Iesu corona celsior* (Commune unius Conf. non Pont. — ad Laudes).

## Epilogus criticus.

### O sanctissima anima I.

Antiphona quae cantatur pro « Memoria Transitus B. P. N. Francisci », qui ritus incepit saec. 18<sup>in</sup>, forsitan 17<sup>ex</sup>. Melodia est ex libris Galliae et Flandriae.

### O sanctissima anima II.

Altera melodia, adaptata modulis musicis Ant. *O beatum virum* (S. Martini, 11. Nov.) a Dom. A. Mocquereau O. S. B. († 1929).

### O sidus Hispaniae.

Antiphona quae paucis in locis inservivit pro quotidiana Commemoratione S. Antonii ad Vesperas. Non invenitur ante saec. XV. Cfr. Felder, *Die liturgischen Reimofficien*, Freiburg (Schw.) 1901, 59.

### O splendor pudicitiae.

